

IN textu, ibi, **Iustitia**. **Iustitia** sumitur duabus modis. Primo pro complexione omnium virtutum. Secundo pro virtute particulari, qua voluntas inclinatur ad reddendum ius suum cuique ad equalitatem, & multa alia de iustitia, vide apud D. Thom. 2. 2. q. 58. *Lessium de iustitia lib. 2. cap. 1. Molu. etiam 1. tom. de iustit. disp. 1. tract. 1.*

2 In Glossa, verbo, Falsa. Docet Glossa falsam iustitiam non esse iustitiam, neq; falso iudicem esse iudicem, nec falso tutorē esse tutorē. *I. Paulus, ss. de verborum significat. ex qua etiam probatur fallum testamentum non esse testamentum I. 2. §. 1. ss. quemadmodum testam. aper. dicit etiam Glossa, quod falsus denarius, non est denarius. Glossa similis in I. omnes, per illū textum loquentē de falso fide, Cod. de hereticis, quem sequitur. Iohannes de Platea in I. circa mediū C. de vet. numis lib. 11. & eam valde elegantem dicit Alex. conf. 104. Statutum loquens col. 2. vers. Pro hoc lib. 1. & singularem appellat Barbat. conf. 43. praeclarè scribitur, num. 16. lib. 1. alia congerit Tiraq. de retract. Lignagier §. 1. Glossa 20. num. 11. Palat. in repetit. Rubr. §. 70. num. 31. qui uterque nostræ Glossæ, meinmere.*

CAP. Recedite. XVI.

S Y M M A R I V M.

- 1 An peccatores notorij debeant exclusi- di à communione hominum?
- 2 Prælatus singulos iuuare debet?

IN textu, ibi, **Nolite in aliquo nobis communicare.** Præposit. hīc tenet quod non: sed an idem sit in excommunicato notorio, vide Navarr. in Manual. cap. 27. num. 35. Victor. verbo, *excommunicatio num. 9. ad medium, ubi num. 13. resolvit an ipse met excommunicatus teneatur vitare fideles. Suar. de censuris disp. 9. sect. 2. num. 3. & sequentibus, Fr. Emman. in sum. 1. part. cap. 82. num. 6. Gutier. lib. 1. Canon. c. 1. per totum præcipue à num. 14. cum sequentibus, Egydius Coninck. de Sacram disp. 14. dubio 2. num. 8. cum quibus resolve quod post Concil. Constantiense quod hodie observatur, & ecclesiæ usu, & consuetudine approbatum, & receptū est, nullum excommunicatum possumus evitare, quamvis notoriē constet esse talem, nisi in duobus casibus; primus est quando talis excommunicatus fuerit declaratus, & denunciatus. Secundus quando fuerit notoriē clerici-*

percussor, ita ut nulla tergiversatione possit celari, aut alio suffragio excusari.

In Glossa verbo. Levamentū.

Debet igitur Prælatus singulos iuvare, largāq; habere manum, vt patientibus necessitatē succurrat: induit enim dalmatica latus manicas habente, quia oportet illum esse benignum, & liberalem. Beneficentia laus in Prælato præcipue fulgere debet, cum nihil sit, quod ex quo amabilem illum populo reddat, quam studium subveniendi, benēq; de alijs merendis; Vulgus siquidē vix putat alios esse bonos, quam beneficos, prosequitur eleganter Augustin. Barb. Lusitanus tract. de officio, & potestate Episcopi, tom. 1. tit. 2. Glossa 2. numer. 11. 20. & sequentibus.

CAP. Sed illud. XVII.

S Y M M A R I V M.

- 1 An appellatione populi comprehenduntur senatores?
- 2 An appellatione Capituli veniat Prælatus?
- 3 An index ecclesiasticus possit punire seculares, propter crimina ab eis commissa? & num. 4.
- 5 Ex uno peccatore polluuntur alij.
- 6 An quando allegatur lex, sit necessarium allegare cottam illius? & num. 7. & 8.

IN textu, ibi, **Omnē populū.** An appellatione populi comprehenduntur senatores? affirmativè tenet Præposit. num. 3. qui citat Archid. vide etiam Aretin. in §. plebiscitum num. 1. inst. iur. natur. gent. ubi inquit, quod appellatione populi comprehenduntur omnes nobiles. Bart. in Authent. de defensor. ciuit. §. audient. num. 8. col. 3.

In textu, ibi. Ex his quæ Archid. hic citatus per Præposit. hīc quæstio annexitur præcedenti; inquit enim quod sicut appellatione populi veniunt senatores, sic appellatione Capituli Prælatus: de quo vide Imol. in Clem. Ut ij, qui num. 30. de etate, & qualitate. Abb. in cap. post electionem, num. 3. de concess. præbend. Felin. in proæmio. Decretal. n. 13. cum quo firma cōclusionem. Prælatus nō venit appellatione Capituli, quando agitur de materia stricta, & odiosa. Limita tamen primum conclusionē, nisi sermo facit in materia commis-

communi collegio, & capiti, per *textum in cap. ea noscitur, de ijs, quæ sunt à Prælat.* Secundò limita, quando propter carentiam Prælati, scribitur capitulo, tunc enim creato prælato incumbit ei, mandati expeditio per *Glossam, in cap. Eam te: de rescriptis.* Tertiò. Limita in prælato cuius prælatura non est distincta à iure capitulari, ut *Deci. Felin. & Abbas, citatis locis, quos vide tenentes hanc ultimam limitationem esse de consuetudine, non de iure; quia prælati inferiores ab Episcopo non habent vocem in Capitulo de iure communi, & sic quando Summus Pontifex loquitur de Capitulo, non videtur loqui de ipsis prælatis, loquitur enim de iure communi.*

3 In textu, ibi, Qui populo præfunt erga delinquentes, &c.
Preposit. hic in principio notat, quod Prælatus potest punire quemlibet de populo, & ita laicos propter crimina per eos commissa, sed hoc ita sumptum absolute forsan non est verum, quapropter in proposito quatuor causas distingue. Primus quando agitur de delicto mere ecclesiastico. Secundus quando agitur de criminе ecclesiastico, sed non mere. Tertius quando delictum est mixtum. Quartus quando delictum est mere secularis. In primo casu resolve, quod solus ecclesiasticus iudex possit cognoscere, ut est in heresi, & usura quando dubitatur de eius substantia, & ita quæstio est iuris, non facti, tunc enim iudex laicus nullo modo cognoscere potest. *Abbas in cap. Cum sit, numer. 31. & ibi Felin. num. 1. de foro compet. Marianus Socin. numer. 26. Navarr. in capit. Novit. not. 6. numer. 42. de iudic. Bellug. in specul. Princip. Rubrica II. §. De usurarij, numer. 17. quos refert. Barbosa in l. Titia, numer. 50. & sequentibus, & vide numer. 55.* In Secundò casu tam ecclesiasticus, quam secularis cognoscere potest, datur enim locus præventioni, ut est in sacrilegio, & similibus, qui sunt causas mixti fori *Barbosa ubi proximè numer. 51. & vide Martam de iurisdictione, 2. part. cap. I. cum sequentibus, ubi notat, & resolvit latè, qui sint causas mixti fori.*

In tertio casu laici puniuntur per iudices laicos, clerici per ecclesiasticos, ut in criminie furti, homicidij, adulterij, & similibus, *Glossa in cap. Nos inter, de purgat. Canon. & ibi Abb. num. 2. & in dicto cap. Cum sit, num. final, & ibi Felin. num. 16. quos citat Barbosa dicto num. 50. cum quo vide differentiam inter causas mixtas, & causas mixti fori; mixti fori sunt illi, de quibus tam iudices laici, quam ecclesiasti-*

ci possunt cognoscere, & datur locus præventioni; mixti vero tantum sunt de quibus iudices secularis inter laicos, & ecclesiastici inter clericos cognoscunt. In quarto casu iolus secularis se impedit directe, sed ecclesiasticus quandoque indirecte; argument. *textus in cap. ex tenore, de foro compet. Socin. citato loco prope finem.* Prædicta intellige quando agitur de causa criminali, in causis enim civilibus quando iudex ecclesiasticus possit cognoscere inter laicos, vide eundem *Socin. in cap. licet ex suscepto à numer. 9. ubi enumerat 43. casus, Marta supra dicto casu 118. numer. 119. ubi duos refert. Primum quando clericus, & laici sunt rei debendi. Secundum quando sunt socij criminis.*

Ibi, Polluitur. Igitur ex uno peccatore polluitur populus, sicut ex ove morbida universus gress inficitur, *textus similis in cap. sape, 28. quæstiona I, cap. ultim. de statu Monachorum;* nam consuetudo improborum multum habet virium ad corruptendos bonos mores, sicut familiaritas proborum ad eosdem corrigendos, *I. ediles l. I. §. Pedius, ff. de editio editio; prosequitur latè Tiraquel. in l. 16. connub. numer. 25. qui nostri textus meminit: itavat illud Proverbiorum cap. 22. num. 24. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambula cum viro furioso, ne forte discas semitas eius. Adde Azeved. lib. 8. recopil. titul. 2. l. 2. num. 34.*

In Glossa, final, ibi, Hinc est etiam, &c. Resolvendo cum Glossa, cum qua transit *Preposit. hic, num. fin. quod secundum ius Canonicum possumus uti iure, cuius non habemus authorem, sine eo quod incurramus pœnam falsi, quemadmodum attento iure civili.* In quæstione an sit necessarium allegare quotam *textus*, vide *Glossa 3. in cap. Ut evidenter I. quæstione I. Specul. de disput, & allegat. §. Porro Guillelm. in Clement. Constitutionem, & ibi Calderin. quos citat Prepos. in praesenti. cum quo, & ex ijs, quæ resolvit, tres causas distingue. Primus quando profertur *textus canonis, vel legis ab aliquo, qui legem condit.* Secundus quando iudex profert sententiam. Tertius quando advocati utuntur allegationibus. In primo casu non est necesse allegare quotam legis *textus in cap. Omnibus, 2. quæstione 5. vers. statutum,* quia ut inquit *Prepos. hic in §. hinc inde, verba prolata à condente legem, faciunt ius; unde insert quod Doctor ponendo casum in Decretali, in qua allegat aliquod ius non debet exprimere quotam illius, quia ipse subrogatur loco ius condentis, & sumit naturam illius, in cuius locum subrogatur,**

- 7 In secundo casu non tenetur iudex allegare quotam legis, seu Canonis, in quo fundatur, seu per quem movetur, quia non arctatur ad exprimendam causam, quare profert sententiam cap. sicut de re iudic. In tertio casu distingue quinque membra. Primum quando allegatur coram Papa, seu Principe. Secundum quando coram inferiore. Tertium quando per unum advocatum ad alium. Quartum quando aliquis allegat arguendo. Quintum quando Doctor legit, & docet. In primo membro non debet allegari quota, nisi lex sit singularis, vel Canon; devians a communibus regulis iuris, quia quamvis Princeps habeat omnia iura in pectore, iuxta textum in cap. sepe de appellat. non tamen habet actu; ut notatur in cap. 1. de constitut. in 6. & vide ibi Domin. num. 23. & Archidiac. num. 4. in fine, & num. 5. In Secundo membro, si ius est omnino notorium, & divulgatum, sicut est, l. si quis in tantam C. vnde vi, & cap. Si quis suadente 17. quastione 4. non est necessaria allegatio; si vero non est divulgatum, debet allegari quota cap. Pastoralis de fide instrum. vide Mascard. Conclusione 1275. Felin. in cap. 1. numer. 12. de reiud. Ias. in l. cum prolatis, numer. 6. & ibi DD. ff. reiud. In tertio membro non est necessaria allegatio, secundum Specul de disput. & allegat. §. Porro, numer. 3. quinimodo nec tenetur advocatus dicere nomen legis, seu ubi est titulus, sed consilium est secundum eum, quod si habet legem determinantem causam suam, illam subticeat, & proferat tantum auribus iudicis, ne per hoc instruat adversarium suum in responsionibus.
- 8 In quarto membro quando arguitur magister, seu habenti locum magistri, non est allegatio quotae necessaria, quia tacite se afferit peritum, l. 2. ff. quodquisque iur. & quia turpe est patritio cōsulto iura in quibus versatur ignorare l. 2. ff. origin. iur. In quinto membro debet Doctor legendo allegare legem complete, ut influat audientes, & eis ad memoriam revocet iura, vide Praeposit. hic citato loco, ubi in fine inquit, quod non sufficit allegare librum. v. g. Codicem, vel Decretum, sed quod debet allegans ita arctare allegationes, quod certificet illum cui legit, quia iste est finis legis, ut declareret illam. Vnde si redderetur certus finis legis per librum, sufficit eum allegare; si per titulum idem; si non per titulum debet allegare legem, vel capitulum; si vero capitula, sive leges sunt equivocae, quia duo, vel tres eodem modo, incipiunt, debet dare signum per quod evitetur equivocatio. Quas penas incurrat allegans leges falsas, vide Bart. in l. fin. ff. ad l. Cornel. de fals. ubi, n. 3. An leges correctae, & ablatae possint allegari? Specul. de disp. & allegat., §. Satis, n. 8. & quod sufficit allegare unam legem

de pluribus, idem Bart. in l. scire §. Oportet, n. 8 ff. excusat. tutor. Ias. in l. illam, n. 11. C. de collat.

C A P . Sane fin.

S V M M A R I V M .

- 1 Quod etiam datur percussor spirituallis, quemadmodum corporalis.
- 2 Dicitio Recte quid significet?

IN textu, ibi, Percussor. De hoc diximus in cap. Ephesijs 4. dist. 43. ubi vide num. 6. & Turrec. hic, & Praepos. dicentes, percussores, & homicidas spirituales dici illos, qui sermone inutili amicos infirmos percutiunt, & ita qui mala, & prava ipsis suadent, seu ad ea provocant. Adde Gregor. Lopez, p. 1. tit. 5. l. 55. Glossa 1. qui dicit illam legem ex nostro textu fuisse defumptam.

Ibi, Recte. Quæ dictio importat iuste, & æquè factum; Glossa, & Bart. in l. non putavit, §. non quavis, ff. de bon. posse. contra tab. Glossa in l. 2. ff. de inofficio testam. Iason in l. iusté possidet, num. 4. & ibi Alex. ff. de acq. possessione; ipsi in l. 3. nu. 3. ff. de liber. & possib. Alciatus in l. lecta, & ibi Deci. num. 21. & 22. ff. Si certum petatur, Abb. in cap. 1. §. Una vero, num. 1. de summa Trinitate. Zabarel. in Clem. 2. nu. 1. de testib. quos latè citat Tiraq. in l. Si vñquam, in principio, C. de revocand. donat. Differt autem reele à rite, quia reele significat iusté factum, rite vero ordine debito factum, iuxta supra citatos Doctores, textus in l. generaliter. §. Sin autem non C. de reb. cred, ibi non rite illatum, reele autem accusatum, sed quod ista differentia non sit vera, contendunt alij de quibus, per Cened. singul. 98.

D I S T I N C T I O . XXXXVI .

S V M M A R I V M .

- 1 An sit validum argumentum de maiori ad minus?
- 2 In quo consistat litigium, & unde proveniat?
- 3 Quod Praelatus litigiosus comparatur rusticico.
- 4 Causa quare litigiosus non debet ordinari.

In tex-

IN textu. *Turrecrem. Preposit. & Domin.* hīc inquiunt, quōd Gratianus per totam hanc distinctionem, intendit arguere de maiori ad minus; & ita quōd si illa quibus hīc repellant ordinatum, à fortiori repellēt ordinandum. De hoc an argumentum sit validum de maiori ad minus, vide *Ias. in l. qua de legato, num. 4. ff. leg. 1. & l. Si quando, §. & generali, num. 11. C. de inofficio testam. Alexand. in l. Marcellus, num. 11. ff. ad Trebel. Abb. in cap. perverit, numer. 6. qui filij sint legitimi, & in cap. Cum in cunctis, num 5. de elect. idem Abb. in cap. licet, num. 4. & in cap. Inter corporalia, numer. 3. de translat. Episcop. cum quibus resolve, quōd argumentum de maiori ad minus est validum in iure, quando negativē concipitur; non verō quando affirmativē; per textum in d. cap. cum in cunctis, ubi *Glossa* verbo, *m̄l̄to fortius*. Si tamen contrarium sequi velis cum *Cassan. conf. 1. nu. 108.* quōd etiam procedat affirmative: limitabis, quōd non procedat in exorbitantibus, nec quando causa fundatur in maiori vtilitate, que invenitur in maiori, non verō in minori, iuxta ea, quae *Abb. d. cap. licet, num. 4.**

In textu, ibi, Litigiosum.
Litigium secundum *D.Thom. 2. 2. quæstione 116.* quem citat *Turrecrem. hic, num. 116.* consistit propriè in verbis; cum scilicet unus verbis alterius contradicit, quæ contradicō potest contingere duobus modis. Primo quando oritur propter iniuriam dicentis, cui contradicens recusat consentire propter defectū amoris animos vincentis, & hoc videtur pertinere ad discordiam contrariam charitati. Secundō quando oritur ratione personæ; quam aliquis contristare nō veretur, & sic fit litigium, quod affabilitati opponitur, ad quam pertinet delectabiliter alijs convivere: vnde *Philosop. 4. Ethicor.* dicit quōd illi, qui ad omnia contrariantur, causa cuiusquam est contristata, nec quodcumque curantes discoli, & litigiosi vocantur. Provenit hoc litigium secundum eundem *Turrecremat. ex multis.* Primo ex superbia, superbii sunt sicut leones, qui simul non possunt commorari, vnde *Proverbior. 13. numer. 10.* Inter superbos semper iurgia sunt. & maximè quidem arrogantes, qui pertinaciter volunt defendere opiniones suas, & sic litigant, etiam si sint ineptæ, & ideo inquit *Apostolus, 2. ad Timotheum. 2. num. 23.* Stultas, & sine disciplina questiones devitæ, sciens quod generant lites. Secundō provenit litigium aliquando ex iracundia, sicut fit inter iracudos, qui semper volunt rixari, sicut sunt multi veluti canes, qui cōtinuè latrant, & nesciunt quare. Tertio nascitur quando ex avaritia, sicut fit inter cupidos, qui ex cupiditate ad invicem litigant, veluti duo canes

pro uno osse, propter quōd inquit Senec. Convenientissimè viverent homines, si tollerentur ista pronomina meum, & tuum. Vnde scribitur. *Iacob. 4. n. 2.* Non hinc? ne ex concupiscentijs vestris litigatis. Quartò oritur quandoque ex impatientia, sicut contingit inter impatiētes, qui sicut equus recalcitrans nollunt aliquid sustinere patienter; ita sunt aliqui, quos disciplinare est impossibile, ut inquit *Philosop. 5. politic.* & ideo *Ecclesiast. 8. numer. 1.* dicitur. Non litiges cum homine linguato, & non instruas in ignem linguam eius. An adulatio sit maius peccatum, quam litigium, vide *D. Thom. 2. 2. quæstione 116. art. 2.* cum quo hāc habe resolutionem. litigium per se, & secundum suam speciem est gravius peccatum, quam adulatio; aliquando tamen contingit, ut spectato exteriori motivo, adulatio gravius sit peccatum, si nempe aliquis adulterat intendens, per deceptionem, indebitum honorem, vel lucrum acquirere.

**In textu, ibi, Arrogantia rusti- 3
corum.** Quatuor rationes assignat hīc. *Tur-
recremat. num. 5.* quare Praelatus ru-
stico comparatur, quando est litigiosus. Prima
quia rustici sēpē versantur in litigijs, & prēci-
pue si sunt promoti ad magna, & ita *Claudian.*
inquit.

Asperius nihil est humili, cum surgit ad alta:
Secunda ratio est, quia litigiosus plus vacat exteriori occupationi, quam doctrinæ, & lectioni; Vnde merito inter rusticos computatur. Tertia quia litigioso obducitur intellectus, & minoratur intelligentia, ut in rusticis, ita ut homo cum in honore sit, non intelligat. *Psalm. 48. num. 21.* litigio perit, iuxta *Proverb. 18. num. 6.* Labia stulti miscent se rixis. & Senec. *Quod litigare est muliebre.* Quarta ra-
tio est, quia sicut rusticī sunt duri; ita ex li-
tigio oritur duris lēva, & indomabilis durities & crudelis, quæ non slectitur ad pacem litigiosus, vnde *Psalm. 119. numer. 7.* Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis im-
pugnabant me gratis.

**In Glossa, verbo, Sequitur,
vers. Talis autem.** Ultra tres causas
quas hic assignat 4
Glossa, cum qua pertransit. Preposit. & Domin.
quatuor, vel quinque possunt numerari cum *Turrecremat. numer. 4.* Prima est illa, quam refert ex Divo Ambroso in pastorali, sic di-
cente. Non linguam ad vitium relaxet Episcopus, ne per eandem linguam, per quam laudes refert Deo, & divina libat sacrificia, labium venena profes-
sat, quia non debet de ore Episcopi benedictio, & maledictio simul egredi. Secunda quia oportet
H h 2 Episco,

Episcopum mitem, & humilem esse iuxta ea, quæ Matth. in cap. 11. num. 29. de se ipso salvator. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Litigiosi autem non sunt mites, sed alti, & superbi, vnde non sunt apti ad servitium Dei. Tertia est, ut inquit Apostol. 2. ad Thimoth. 2. numer. 24. Oportet seruum Dei non litigare, sed mansuetum esse, ad omnes patientem, cum modestia corripientem. Quarta quia ut dicit Divus Augustinus Nihil est similius actibus Daemonum, quam litigare. Vnde servos Diaboli, non Dei se ostendunt, qui litigant. Quinta causa est, quia litigare est officium contemptibilis personæ, §. Ex his 11. questione 1. & adverte hic cum Turrecremata in principio textus, quod prohibitus ordinari ex eo, quia est litigiosus, intelligitur de eo, qui solet hoc facere, & ita quando frequentia, consuetudo, seu facilitas datur in eo. Vide optimè. Augustinum Barbosam Lusitanum de officio, & potestate Episcopi, parte prima titulo secundo Glossa. 14.

CAP. Hochabet. I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quæ requirantur in Prelato.*
- 2 *Stultitia probatur per verba profarentis.*

IN textu. Post Dominicum hic cum Præposito, & Turrecremata nota quod Prælatus debet in correctione subditorum uti blandis verbis, & quod debet esse humilis, & non superbus in docendo, & secundum Turrecrematam num. 2. quod debet observare præcepta Philisophi dicentis: *Cunctis esto benignus, neminī blandus, paucis familiaris, omnibus equus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in adversis firmus, in prosperis cautus, omnibus prodeesse velle, & nulli nocere.* Supponit quod etiam non debet esse temerarius, & novem modis considerat, quem posse dici temerarium; de quibus ibidem. Addo eleganter Paulum Fuscuin de visitatione lib. 1. cap. 3. numer. 5. qui nostri textus meminit, & eius materiam prosequitur.

2 In Glossa 1. Collige ex Glossa, Stultitiam probari, per verba proferentis, *Glossa similis in cap. Gonsald.* verbo Refutati ad medium 17. questione 2. pro quibus est textus in cap. Cursus dilectus de successionibus ab intestato, *Glossa in l. Si cum dotem, §. Si maritus, ff. solut. matrimonio,* quam appellat bonam. Rodericus

Suares allegat. 1. numer. 4. qui similiter nostram Glossam refert, & eam exemplificat.

C A P. Sunt nonnulli. II.

S V M M A R I V M.

- 1 *Adulatio an sit peccatum mortale, an veniale.*
- 2 *Dubia in meliorem partem interpretantur.*

IN textu, ibi. *Mala laudibus efferunt.* Supposito quod adulatio sit peccatum, ex sermone vanæ laudis alicui exhibito intentione placandi, secundum Alexand. de Ales, quem Turrecremata hic refert, numer. 3. & supposito, quod sermo vanæ laudis dupliciter consideratur. Primo quando laudatur id, quod non debet laudari, vel plusquam laudandum est, quia vanitas est ex parte materiae. Secundò cum non sit eo fine, quo fieri debet, id est propter Deum, & hoc modo fieri potest causa complacendi homini; qui laudatur. Et supponendo tertio cum eodem Turrecremata in cap. seq. quod tres sunt species adulacionis. Prima cum quis laudat, sive approbat malum, quod quis habet. Secunda cum quis attribuit alicui laudando bonum, quod non habet. Tertia cum quis extollit bonum in aliquo plus quam sit. Resolvè quod adulatio per se est solum peccatum veniale, est enim tantum excessus in studio placandi, & oblectandi, potest tamen esse peccatum mortale tripliciter, secundum Præpositum hic, num. 2. Turrecremata 4. *Lesium de iust. lib. 2. capit. 47. dub. 7. num. 5.* Primo ratione materiae; si laudatur alienum peccatum, praesertim mortiferum, iuxta illud Psalm. 10. numer. 3. *Laudatur peccator in desiderijs animæ, & iniquus benedicitur.* & Esai. 5. numer. 20. *Va qui dicitis malum bonum, & bonum malum.* Ut cum quis laudatur a constantia in haeresi, & a rebellione, vel simili. Secundo ratione finis, veluti si adulteris ut noceas, vel ad libidinem pertrahas. Tertiò ratione effectus, ut cum per adulacionem præbetur occasio alicuius gravis peccati, etiam præter intentionem.

In Glossa ultima. Docet Glossa 2 quod dubia in meliorem partem interpretentur, *capit. Estante misericor-*

misericordes, de regulis iuris, cap. Cum dilecti, ubi Glossa, verbo, valeant, de accusationibus l. proxime, ff. de his, quae in testamento latè Sotius lib. 3. de iustitia, questione 4. articulo 4. Felinus in capit. auditis, numer. 32. de prescriptionibus Alciatus de presumpt. reg. 3. à principio Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu. 89. num. 22. Tu dic dupliter nos posse de dubijs opinari; nempe definitivè, vel suppositivè, opinamur definitivè, quando factum dubium in hanc, vel illam partem definiendo, trahimus: opinamur suppositivè, quando supponimus potuisse rem ita se habere. In utroque modo dubitandi notanda est differentia; nam priori modo nemini licet in deteriorem partem factum dubium interpretari; iuxta supradicta: Non ita posteriori modo, quin potius actus est prudentiae, si facta dubia suppositivè in deteriorem partem interpretemur, ut nobis, vel proximo consulamus; ita eleganter inter utramque presumptionem distinguit. D. Thom. ubi Caiet, explicat. 2. 2. quast. 60. art. 4. ad 3.

CAP. Clericus qui. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Quis datur proditor?
- 2 An ex sola deprehensione in delicto probetur delictum? & numer. 3. & 4.
- 5 Verbum, degradatur quomodo intelligatur.

I N textu, ibi, Proditionibus.

Glossa hic ponit sex modos proditionis, ultra quos vide Bald. in Authent. item null. Cod. de Episcop. & cleric. Angel. in l. 1. in principio, ff. de his quibus ut indignis, & in l. fin. Cod. de summa. Trinit. Cardinal. in Clement. 1. §. Quia, de fato monach. quos citat Felim. in cap. 1. de homicidio, cù quo dic, quod primò proditor dicitur ille, qui unum habet in verbis, aliud in corde, per textum in l. 1. ff. pact. dotal. Secundò qui socium in via percudit, per tex. in l. fin. C. de lat. lib. 10. Tertiò qui aliquem veneno occidit l. 1. Cod. de malefic. Quartò qui movet bellum sine difidatione, secundum ea, quae Ioann. Andr. in cap. 1. de homicidio, in 6. Quintò qui offendit sedentem in mensa, Bart. in l. respiciendum, §. Delinquunt, ff. pénis. Sextò qui permittit transire gentem inimicam, & non revelat; per text. ubi G. oſta, in l. Si quis a barbaris. Cod. de re militari. lib. 12. Septimò qui offendit occulte convi-

vantem secum, Bald. in cap. 1. numer. 16. Quibus modis feudum amittatur; vide etiam Luc. de Pena, in l. seruum post principium. Cod. de delator. lib. 10. ubi enumerat plusquam 24. modos, quibus quis potest dici proditor, & ad finem textus de proditoribus nonnulla refert, quae commendat Gom. 3. t. vi. capit. 3. numer. 5. cum quo resolvè, quod pœna solùm aggravatur in crimen quod Lusitani appellamus aleiroſia, quādo quis occidit aliū proditoriè cum esset eius amicus, & numer. 6. resolvit, quid sit dandum de socio, qui tantum defendit, & assistit, ut securius, & facilius principalis delictum committat.

In textu, ibi, Deprehenditur. 2

Cum in hoc textu agatur de clericis, in delicto deprehensis, duo membra distinguenda sunt. Primum, an deprehensio sola probet delictum, tam respectu clericorum quando per officiales fit deprehensio; quam respectu laicorum, quando per laicos? Secundum, an deprehensio clerici facta per laicum probationem inducat? In primo membro quatuor causas distingue. Primus fit quando deprehensio fit paucis astantibus, post consumationem delicti, quod de facili non publicum efficitur, sicut est commissio adulterij. Secundus calus est, quando deprehensio fuit facta a paucis in actu delicti, sive in actu propinquum delicto, & hoc fit in delicto de facili, non publico. Tertius quando fit pluribus astantibus, sed hoc post delictum consumatum, ita quod illi plures non possint esse testes delicti, sed deprehensi post delictum. Quartus casus est, quando ipsa deprehensio fit in ipsa perpetratione delicti, astante populo, vel maiori parte, ita quod immediatè delictu apprehendant, & hoc potest esse notorium, quia universus populus, & tota vicinia testis esse potest, ut est textus in cap. Cum dilectus de purgat. Canon.

In primo casu, ex tali deprehensione non inducitur nisi tantum indicium, secundum Glossam, quae sic debet intelligi in l. capit. ff. ad l. Jul. de adulter. In secundo casu dicendum est, quod inducitur manifestum, id est probabile. In tertio talis deprehensio inducit infamiam, Glossa sic debet intelligi in cap. Cum non ab homine, de indic. quatenus textus deprehensionem, & convictionem copulativè requirit. Præposuimus in cap. Si quis diaconus 50. distinctione. In quarto casu talis deprehensio probationem inducit, sic procedit Glossa in capit. tue de penitentia, & in dicto capit. Cum non ab homine. capit. Si quis diaconus 50. distinctione. Nota tamen quod hoc debet intelligi, quando de hoc notorio iudici constat, ut iudici, alias si iudici, ut

iudici, non constat, requiritur quod de tali notorio deprehensionis fieret fides iudici, aliás non potest quis ex tali deprehensione damna-
ri, quod verum est sumendo deprehensionem pro illo actu, qui recipitur à populo sen-
su corporali; sed si deprehensio sumatur pro
actu judiciali; ut quia capitur pro sententia,
vel confessione, cum ex illa notorium iuris
inducatur, ista sola deprehensio inducit pro-
bationem delicti. *Preposit.* in d. cap. Si quis dia-
conus, num. 3. *Abb.* in d. cap. cum non ab homine nu-
m. 19. vide etiam *Bart.* in L quisque num. 2. *C. delator.*
lib. 10. Luc. de Pen, in l. i. in principio. *Cod. petit. bon.*
sublat. lib. 10.

In secundo membro dicendum est eodem modo, quo supra, & ita in omnibus casibus, in quibus diximus non induci notorium, quando laicus capitur à laicis, & clericus à clericis, multo fortius non inducetur quando clericus capitur à laicis, facit tamen prædicta deprehensio indicium, & infamia. In illis vero in quibus inducitur notorium, dicendum est etiam quod nulla datur differentia, an deprehensio sit facta à laicis, an à clericis; si enim clericus deprehenditur in flagrati crimen, seu in actu propinquuo, semper inducitur notorium, licet etiam regulariter laici contra clericum non testificantur, quando agitur criminaliter, tamen quando crimen est notorium, bene testificantur. *Abb.* in d. cap. Cum non ab homine, nu. 29. quamvis ibi *Felin.* num. 5. in fin. & *Preposit.* in hoc textu, n. 4. contrarium teneant. & quod quando quid dicatur notorium, relinquatur arbitrio iudicis, vide *Farinac.* de delict. q. 21. n. 48.

In textu, ibi, Ab officio degra-
detur. Vox hæc degradatio attento tempore
textus, idem est quod depositio, seu
suspensio, hæc enim omnia significat, ut tra-
dit, *Suares de censur. disp. 40. sect. 8. nu. 5.* quem
vide, qui nostrum textum exponit, & merito
reprehendit *Maiolum* existimantem quod tex-
tus debebat intelligi de irregularitate.

CAP. Accusatores. IV.

S V M M A R I V M.

1. An clericus accusare possit? num. 2. 3.
& 4.
5. An qui semel fuit excommunicatus
admittatur postea ad actus legitimi-
mos? & num. 6.

In textu, ibi, Accusatores. Duo
casus

sunt distinguendi in proposito. Primus quan-
do agitur de publica vindicta, secundus quā-
do agitur de privatæ iuriæ, seu ecclesiæ suæ
prosecutione. In primo casu dicendum est si
ne distinctione clericum nullo modo posse
accusare. *Abb.* in cap. Cum P. *Mancenella* num. 8. &
ibi *Felin.* num. 1. de accusat. *Farinac.* I. p. quast. 12.
nu. 12. ratio ultra alias, quas præstat. *Turreorem.*
in cap. Si quis Episcopus 2. q. 7. est, quia vix sine
culpa expediri potest talis accusatio, & quan-
do quis dicatur prosequi suorum iniuriam, vi-
de cum *Molina de iustitia,* & iure tom. 4. tract. 3. q.
44. num. 11. In secundo casu dicendum est, quod
aut agitur de delicto pro quo non venit im-
ponenda poena sanguinis, aut de delicto, pro
quo venit imponenda. In primo membro
dic quod bene potest clericus laicum accusa-
re, cap. *prælatis de homicid.* lib. 6. *Decian.* lib. 3. crimi-
nal. cap. 10. num. 2. In secundo membro contra-
rium dicendum est, quinimodo si clericus accu-
sat, efficitur irregularis *Farinac.* d. num. 12.

Limita tamen hoc. Primo si clericus cleri-
cum accuset, potest enim clericus clericum
accusare regulariter, cap. ex parte, cap. licet, cap.
veniens. de accusat. *Bonifac.* *Vital.* in tract. de malitia
tit. de his, qui accusare non possunt. vers. Item cler-
icus, num. 2. *Specul.* in tit. de accusat. §. *Videndum*, n.
2. Ratio est quia tunc quamvis delictum sit ta-
le, pro quo poena sanguinis veniat imponenda,
nunquam in proposito potest dari talis inten-
tio; haec limitatio sublimitatur primo in om-
nibus casibus, in quibus quis de iure civili ab
accusatione repelleretur, tunc enim clericus
non poterit clericum accusare cap. de accusat. 3.
q. 5. *Abb.* in d. cap. cum P. nu. 11. de accusat. Secun-
do sublimitatur nisi minor clericus velit mai-
orem accusare, hoc etiam facere non poterit,
cap. Clericus, cap. *Maiorum* 2. quast. 7. intelligen-
do tamen hoc cum *Preposit.* d. cap. Clericus, nu-
mer. 3. *Turreorem.* I. *Decianus.* d. lib. 3. capit. 10.
num. 19.

Limita secundò prædictum secundum mé-
brū distinctionis, seu nostræ cōclusionis, quod
clericus poterit laicum accusare quando civili-
liter prosequitur suum interesse, licet iudici
videretur imponere poenam sanguinis. *Decian.*
d. cap. 10. nu. 5. Limita tertio quod per viam ex-
ceptionis crimen opponere potest; etiam si pro-
eo poena sanguinis veniret imponenda, cap. sive
per his, ubi *Abb.* num. 4. *Felin.* 2. de accusat. *Batard.*
ad *Iul. Clar.* quast. 14. nu. 18. Ratio est secundum
Abb. quia tunc quamvis opponatur de cri-
mine, causa non est criminalis. Porro qui ve-
diant appellat clericorum, vide cum *Decian.*
d. cap. 10. numer. 22. ubi cum *Gramat.* vol.
33. numer. 3. resolvit appellatione clericorum
venire clericos in minoribus consili-
tutos, quando agitur de materia favora-
bili.

Limita

4 Limita quartò quod quamvis clericus non possit laicum acculare, quando agitur de delicto, pro quo venit imponenda pena sanguinis, hoc non procedit, si ipse clericus protestetur quod ad vindictam, seu penam sanguinis iudex non procedat, tunc enim non efficitur irregularis, & potest accusare, quamvis non obstante protestatione possit competentem, & ordinariam penam sanguinis iudex ponere; *textus in cap. Sacerdotem 2.q. 7. Præpos. in cap. experientia num. 4. 11.q. 1. & in cap. sicut, & in cap. laicos, 2. q. 7. Abb. in d. cap. cum P. num. 10. & ibi Felin. num. 1. & in cap. postulasti de homicid. Domin. in cap. pralatis num. 25. & ibi Archidiac. de homicid in 6. Decian. d. lib. 3. cap. 10. num. 2. Iul. Clar. q. 14. n. 3. vide etiam Marian. Socin. in cap. ad audientiam, n. 55. de homicid. ubi apponit captellam, ut clericus evitet praedictam penam irregularitatis; scilicet, ut non dicat accuso, sed conqueror, tunc enim si iudex condemniet ad mortem, non efficitur accusans irregularis; & na. 54. concludit, quod quamvis clericus siat non posse consequi debitum suum sine sanguinis effusione, quod si protestetur, sufficit ut praedictam penam irregularitatis eviteret.*

5 In textu, ibi, & si emendaverint vitium. Dicit *Glossa*, in praesenti quod non est textus facit pro opinione *Hugon.* dicentis quod qui semel fuit excommunicatus, amplius non admittatur ad actus legitimos. Contrarium docet *Archidiac. Præpos. num. 2. Turrecrem. num. 1.* Ratio est secundum illios, quia hic textus non refert se ad excommunicationem, quae est pena medicinalis, sed ad vitium, quod est crimen, supponendo igitur quod actus legitimi sunt illi, qui secundum leges fiunt, vel ab eis inventi, vel approbati sunt. *I. legitimam, iuncta Glossa, ibi ff. de pacis Din. in reg. actus legitimi, in principio de regul. iur. in 6. Alex. conf. 75. num. 4. & 7. lib. 1. Covar. de sponsal. 2. par. c. 3. num. 3.* Dic postea, quae *Præpos. in cap. 1. 4. quæst. 1. num. 1. Innocent.* in cap. testimonium de testibus, & ibi *Abb. num. 10. Felin. num. 24.* Quod in illa quæstione. An qui semel fuit excommunicatus post absolutionem admittatur ad actus legitimos, ut est accusatio, attestatio, & similes alij? Tres inveniuntur opiniones de quibus *Turrecrem. in d. cap. 1. num. 1.* Prima opinio est quod talis semel excommunicatus pro crimine, & contumacia simul, vel pro crimine tantum, non poterit de cetero accusare.

6 Secunda opinio est, quod si fuerit excommunicatus pro crimine, & contumacia simul, poterit repelliri, etiam post absolutionem, exceptis casibus, in quibus omnes admittuntur; nisi restituatur in integrum; si vero fuerit excommunicatus pro contumacia tantum, quia forte nolebat facere quod ei præcipiebatur, post absolu-

tionem bene poterit accusare. Tertia opinio est, quod si crimen pro quo quis excommunicatus est, infamat, tunc non poterit etiam post absolutionem accusare, & ita facere actus legitimos; secus si crimen non infamat, quæ opinio verior est, & quam sequuntur, ipsi *Turrecremata & Præpositus*, citatis locis. Quamvis ipse *Præpositus* non ita clare loquatur, tamen si bene perpendatur idem sentit, apud quem vide numer. 1. in fine, quando dubitatur de causa propter quam quis excommunicatus fuit, an propter delictum, an propter contumaciam, quod in dubio non repellitur excommunicatus iam absolutus, debet enim intelligi quod fuit excommunicatus propter contumaciam, quia excommunicatio regulariter non profertur nisi propter contumaciam, & non sufficit probare excommunicationem, nisi probetur causa, maximè in penis, quæ in mitiore partem capienda sunt; *cap. estote de reg. iur. cap. in penis, eodem tit. in 6.*

C A P. Clericus maledicus. V.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quis dicitur maledicus, quibus penis puniatur? & an liceat maledicere aliquo casu? & n. 2.*
- 3 *An quando crimen est notarium, cogatur quis facere penitentiam de illo?*
- 4 *An possit Episcopus restituere degradatum? & num. 5.*

IN textu, ibi, *Maledicus*. Maledictio propriè est alicuius mali futuri precatio, & sic differt à contumelia, & vituperatione, secundum ea, quæ *Luc. de Pena*, in l. omnes vers. & nota *blasphemia ad med. C. delator. lib. 10.* de quo nomine vide *Cassan. conf. 1. §. ad quintum num. 5.* Vnde propriè maledicus dicitur ille, qui male imprecatur, sed in hoc textu etiam dicitur, qui mala alicui in facie dicit, vel qui contumelias de illo profert, quamvis non in praesentia; ut intelligit hīc *Turrecrem.* ex *D. Thom.* quem citat. Adverte etiam secundum *Luc. de Pena* citato loco, quod maledictio aut sit bono animo, aut malo animo; si malo animo sit, & maledicus est clericus, cogitur ad veniam postulandam, vt in hoc textu, & si noluerit est degradandus; si vero laicus maledicit, extraordinarie punietur *I. Sandio, ff. de pæn.* si autem bo-

no animo fit, Verbi gratia causa correctionis; non est pœnalis, sed meritoria, iuxta cap. corripiantur. 24. quest. 3. quem citat Luc. de Penitentia loco, cum quo multa poteris videre de maledictione. Sotius de inst. & iure lib. 5. questione 12. art. 1. Menoch. de arbitrat. casu. 377. Peres lib. 8. ordinam. tit. 3. l. 34. ex fol. 75. in fin. vers. Virum autem liceat aliquem maledicere.

2 Hostiens. in sum. in tit. de maledicis facit divisionem maledicorum hoc modo. Maledici sunt aliquando Deo, aliquando Principi ecclesiastico, aliquando factuali, aliquando alij domino, qui potestatem habet in maledicentem, aliquando alij superiori ætate, nobilitate, moribus, scientia, divitijs, & huiusmodi; aliquando æquali, vel inferiori; vide etiam Salzed. in praxi cap. 66. verbo, Maledici, & ibi additio, cum multis, quos citat Cened. 2. p. collect. 146. à principio, & num. 2. an liceat maledicere creaturas irrationalis, & eas excommunicare, & anathematizare, in quo resolve cum Navarr. in Manual. c. 12. num. 8. Cassan. d. conf. 1. num. 54. quod qui maledicit creature irrationali in quantum est creatura Dei; idem facit quod maledicere Deum, & ita est blasfemia; si tamen simpliciter maledicit, non eo animo, solum erit verbum iocosum, & veniale, & ita venialiter tantum peccat. Anathematizare, vel excommunicare animalia irrationalia, veluti locustas, muscas, & similia illicitum est, nec fieri potest, ut ostendit ad extensum elegantissime Bart. Cassan. d. conf. 1. §. ad quintum ubi à num. 3. cum sequentibus, vide Spin. Glossa II. Rubrica num. 55. & multos alios, quos refert Cened. citato loco Tolet. in summa lib. I. cap. 7. num. 2.

3 In textu, ibi, Cogatur ad postulandam veniam. Nota quod pœnitentia, quedam est publica, non solemnis, quedam publica solemnis; solemnis est illa, quæ non potest imponi nisi in principio Quadragesimæ; cum circūstantijs de quibus in c. 50. distin. ubi Domin. & Turrecrem. num. 1. Prepos. 4. & hæc non imponitur nisi pro delicto enormi, & scandalizanti totam vibem Abb. in c. 1. de penitent. & remission. Publica non solemnis est, quæ imponitur, sive delictum sit grave, sive leve; publicam solemnem nunquam index clero debet impone-re, textus in cap. presbyter, ubi Glossa, 28. dist. cum qua transit; Preposit. num. 3. Abb. citato loco, & in cap. quæsumus, num. 4. eodem tit. de penitent. supposito hoc dic; quod clericus potest cogi facere pœnitentiam publicam non solemnē de delicto, quando delictum est notorium Prepositus hic numer. 1. Dominic. in principio. Abbas d. cap. 1. in principio, optimè Perez ad lib. Ordinam. tit. 3. l. 1. vers. præterea etiam hoc est,

In textu, ibi, Revocetur.

Supponendo quod suspensus, depositus, & degradatus differunt inter se; nam suspensus dicitur is, qui ad tempus vel suspenditur ab officio, vel à beneficio, vel ab utroque simul; depositus vero dicitur, in quem in perpetuum solo verbo, ob crimen aliquod, sententia depositionis profertur. Degradatus, cui post sententiam depositionis insignia, quæ recepit cum ordinatus fuit, solemniter detrahuntur, quæ degradatio vocatur solemnis depositio. Speculatur de accusat. §. secundum loco, n. 3. Turrecrem. in cap. contumaces, n. 2. decis. 50. & ibi Domin. in fin. & Prepos. nu. 4. vide etiam Abb. in cap. atsi clerici, n. 7. & ibi Decius num. 51. de iudic. & quæ latè dirimus in tractat. de solicitantibus quest. 24. n. 7. & 8. Tres casus distingue. Primus est quando clericus est suspensus; secundus, quando est depositus; tertius quando est degradatus, vel solemniter depositus. In primo casu dic Episcopum posse eum restituere. In secundo casu, sive pro criminis, sive pro contumacia deponatur, idem dicendum est, nisi velis limitare cum Turrecrem. quando crimen maius est adulterio; inquit enim quod tunc non poterit Episcopus dispensare, ut eum restituat.

In tertio casu, aut restitutio petitur de gratia, aut de iure; si de gratia, solus Papa dispensare potest; si de iure, dicens sententiam latam fuisse per falsos testes, vel eum esse absentem ex causa probabili, vel non citatum, vel non coniunctum, seu sententiam fuisse nullam, tunc etiam Episcopus poterit restituere. Prepositus d. num. 4. Turrecrem. 2. Domin. in fin. Abb. in cap. super eo, nu. 3. de raptor. Felin. cap. atsi clerici. nu. 12. §. de adult. de iudic. Quod intellige si sententia fuerit inferioris, non si fuerit Papæ. Preposit. d. cap. contumaces nu. 4. in fine. Quæ autem criminis sunt digna suspensione, quæ depositione, quæ degradatione? vide cum Abb. d. cap. atsi clerici, num. 33. Felin. 14. in fin. Dec. 35. & quomodo fiat solemnis depositio. Speculat. citato loco. Sarmiento lib. I. select. cap. 14. num. 9. Suarius de censur. disp. 30. sect. 1. n. 18. Menoch. de arbitrat. casu. 415. textu in cap. 2. de pœnis lib. 6. & in cap. 1. de hereticis, eodem lib. & quæ scripsimus in tractatu de solicitantibus d. q. 24. n. 23. & 34.

CAP. Clericum. VI.

S V M M A R I V M.

I. *Quis dicatur scurrilis, & ioculator, & quibus pœnis puniatur?*

In tex-

IN textu, ibi, Scurilem. Scurilis secūlum. Præpos. hic Turrecrem. & Domin. est ille, qui quotidie loquitur verba scurrilia, & scurræ dicuntur à sequendo curiam, & ibi vivūt, sicut sunt laciatores, & ioculatores, qui in curia risum movent, & ita in proposito omnes illi, qui in publicum faciunt proprij corporis spectaculum, seu artem ignominiosam exercent, comprehenduntur; hi si per annum illam artem exercuerint, ipso iure carēt omni privilegio clericali; si autem breviori tempore, & tertio moniti non resipuerint, carent etiā omni privilegio clericali, & deponuntur secundū, Turt. hic. n.2. ubi resolvit per textum in c. i. 4. q. 1. quod etiā laicus talē arte exerens, nō debet promoveri, quem vide, & Domin. in c. i. num. 2. de vita, & honestate clericorum lib. 6. & ibi Archidiac. num. 3. Salzed. in praxi. cap. 72. fol. magno, & cap. 68. fol. parvo, verbo. ioculatores, ubi num. 1. in fine. nostri textus meminit.

CAP. Clericus invidens VII.

S V M M A R I V M.

1. Quid sit invidia, & quando sit peccatum mortale?
2. Donec dictio quid significat?
3. An existens in peccato mortali possit eligi?

IN textu, ibi, Invidens. Invidia est vitiū inclinans ad inordinatè tristandum de bono alieno, eo quod suam excellentiam minuit. Navarr. in Manual. cap. 23. num. 118. vel secundum Tolet. in summa lib. 8. cap. 63. num. 1. est tristitia de alieno bono in quantum propriae excellentiae est diminutivum. Ita D. Thom. 2.2. quæst. 36. art. 1. Ioannes Sancius disp. 3. num. 8. & 9. Reginal. lib. 7. num. 68. Lessius lib. 4. cap. 4. num. 28. ubi docet invidiam, & odium esse maius peccatum quam sit ira. Ille igitur secundum Navarr. peccat mortaliter, circa invidiam, qui deliberat de bono notabili proximi, scilicet scientia, honore, fama, divitijs; favore, veneratione, & id genus alijs; ea ratione quod sua per illud excellentia diminuitur. Quot modis contingat tristari quē de bonis alterius, vide cum Tolet. citato à n. 2. & quod invidia perseverantes repellantur à promotione, vide cum Domin. & Præpos. hic.

2. Ibi, Donec. Quæ dictio facit conditionem, unde si lego de-

cem donec, illi fuerint in studio; videtur sub condicione relictum; dum in studio fuerint. Bart. in l. 1. num. 15. ff. de condit. & demonstrat. Dec. in l. Si quis baredem, num. 7. ad fin. Cod. de inst. & cons. 620 n. 3. Paris. cons. 18. num. 4. cum sequentibus, vol. 4. Boet. decis. 44. num. 39. Imò requiritur perseverantia. Quare si dicatur. Relinquo vxori mea quolibet anno donec caste vixerit, requiritur perseverantia ad hoc ut pro anno futuro consequi possit legatum. Decius d. numer. 7. Roman. cons. 516. num. 9. Natta cons. 459. num. 16. & 17. Ruin. cons. 34. num. 4. vol. 2. Capitius decis. 203. num. 1. Porro de pluribus alijs modis, quibus dictio donec accipitur, vide Luc. de Pen. in l. si ad Magistratum col. 3. ad finem. Cod. de decurionibus lib. 10. Dec. cons. 637. numer. 12. post alios Cened. singulari 46.

In textu, ibi, Donec in vitio est. 3

Domin. & Præpos. hic tenent, quod existens in peccato mortali eligi non potest; vide tamen eundem Domin. in cap. perpetuo, nu. 6. de elect. in 6. cum quo distingue duos casus. Primus est quando criminatus est omnino occultus; secundus quando non est omnino occultus. In primo casu resolve, quod si eligatur criminatus, electio non esit nulla, & est ratio secundum eundem, quia de omnino occultis nō iudicat ecclesia. In secundo casu iterum distingue, quod aut crimen est tale, quod inducit ipso iure pœnam suspensionis; aut non inducit pœnam suspensionis ipso iure, sed tale crimen est enorme; aut nec inducit pœnam suspensionis ipso iure, nec est enorme, aut denique criminatus non vult corrigi de crimine. Quando crimen inducit ipso iure pœnam suspensionis ab officio, electio est nulla; quando est enorme etiā non inducat ipso iure pœnam suspensionis, inducit ipso iure nullitatem; quando non est enorme non inducit nullitatem; quando criminatus non vult corrigi quamvis eligatur, non debet confirmari; vide Abb. in cap. sicut, n. 3. de iure jurand. Felin. in cap. dilecte in Christo, nu. 4. de except. ubi latè de questione, & num. 5. resolvit cum Domin. quod in nullo ex his casibus electio est nulla, quantum ad ius naturale, si consensus potentis eligere, concurrat, & ita quoad Deum valet electio, licet sit peccatum contra ius positivum.

CAP. Seditionarios. VIII.

S V M M A R I V M.

1. Quis sit seditionarius, & quibus pœnis puniatur?

2. Quas

- 2 Quas pœnas incurrat usurarius?
3 An quis possit propriam iniuriam vindicare? num. 4.

In textu, ibi, Seditionarios.

Seditionarij sunt, qui sæpè seditiones mouent, & comminationes, sive coniurationes faciūt; Azo .citatus à Præpos. hic, inquit quod seditionem facere, est quasi sacrilegium committere; unde est crīmē læsæ Maiestatis, quod est proximum sacrilegio, si seditio fiat Romæ. Si autem fiat in alijs locis, patitur quis pœnam capitalem, scilicet mortis, considerata tamen qualitate personæ, vel dignitatis, ita ut aut furca suspenditur; aut bestijs subiicitur, aut in insulam deportantur l. si quis aliquid, §. actores, ff. pœn. Præpos. in cap. conspirationum, num. 5. 11. quest. 1. ubi vide aliqua de materia. Bart. in l. constitutionis, num. 1. ff. de appellat. & in l. capitallum, §. solent, & d. §. Actores, ff. de pœnis. Sunt prædicti etiam infames, & ita repelluntur à promotione, & promoti iam deiiciuntur, & hæc inhabilitas perpetua est secundum hunc textū Præpos. hic, num. 1. & Domin.

- 2 In textu, ibi, Usurarios. Usura-
rius sive sit laicus, sive clericus, est infamis ipso iure. Abb. in cap. inter dilectos de excess. prælat. quem citat Covar. lib. 3. Var. c. 3. n. 2. Salzed. in praxi, c. 92. fol. magno, & fol. parvo. 88. verbo, Ksurarij. Clericus suspenditur ab officio, nec potest sacris ordinibus insigniri in perpetuum, secundum hunc textum, & ibi Domin. & Præpos. in principio, nec eligi, nec presentari poterit ad beneficium ecclæsticum. Salzed. & Covar. citatis locis, cum quo à numer. 4. videbis quis dicatur usurarius manifestus. Abb. in cap. Quia in omnibus, num. 11. de usur. Salzed. in praxi, cap. 93. Spin. Glossa 13. Rubrica, num. 18. & an crimen usuræ sit ecclæsticum Abb. in Rubr. de usur. num. 6. & in capit. Quoniam num. 1. Domin. cap. 1. num. 5. eodem tit. in 6. Cabal, resolut. crim. casu. 188. num. 1. Covar. citato loco, num. 1. Barb. l. Titia num. 51. & sequentibus, ff. solut. matrim. Non potest etiam usurarius manifestus facere testamentum, de quo vide. Spin. citato loco, qui à num. 21. enumera pœnas impositas usurarijs, & melius Peres in Proæmio tit. 2. lib. 8. ordinam. vers. præterea, & col. 28. vers. tunc venit. ubi hunc textum citat, Præpos. in cap. sicut, num. 3. prope fin. & ibi. Domin. hac dist. & qualis probatio requiratur, ut quis dicatur usurarius, Abb. cap. Quia in omnibus, num. 11. de usur. spin. d. Glossa 13. numer. 19, & quod usurarius non debat ordinari, vide posita ad cap. Maritum, num. 7. supra dist. 33.

- 3 In textu, ibi, Nec iniuriarum

vltores. Supponendo cum Turrec. hic, n. 1. quod vindicatio fit per aliquod pœnale malum inflictum iniurianti. Duos distingue casus in proposito. Primus est quando animus, & intentio vindicantis principaliter fertur in malum illius, de quo fit vindicta, aut quando vindicatio procedit ex passione iracundiæ facientis appetitum vindictæ. Secundus casus, est quando animus, & intentio vindicantis fertur principaliter ad aliquod bonum, ad quod pervenitur per pœnam peccatis, v.g. ad emendationem peccantis, vel saltem ad cohibitionem eius, & quietem aliorum, & iustitiae conservationem, & in honorem Dei. In primo casu sic constitue conclusionem. Vindicatio propriæ iniuriaæ illicita est, textus in pref. & in l. scientia, §. Qui cum aliter ubi Bart. ff. ad l. Aquil. idem Bart. in l. Si ex plagis, §. Tabernarius eodem tit. & in l. nullus per textum ibi, Cod. de Iudicis.

Limita hanc conclusionem quando in continenti quis alium percutit, tunc enim illud est se defendere, non vero iniuriam vindicare, & ita poterit quis in continenti alium occidere, si is velit eum occidere, sed hoc cū moderamine inculpatæ tutelæ. Abb. in cap. significasti, num. 9. & ibi. Felin. nu. 13. & 14. de homicid. Idem Abb. de materia in cap. laior, num. 3. eodem tit. Marian. Socin. in cap. audientiam, numer. 35. & 40. eodem tit. Domin. in cap. dilectio, num. 1. de fementia excommun. in 6. Bart. d. §. Tabernarius Molin. de iustitia 4. tom. tract. 3. disp. 11. nu. 5. & disp. 6. num. 2. In secundo casu sit conclusio. Licet homoneatur iniuriam patienter tolerare si expedit, si tamen non expedit, utpote propter communem utilitatem, vindicatio propriæ iniuriaæ est licita, sed hoc auctoritate eius, cui commissus est gladius potestatis secularis, non tamen licet propria auctoritate, nisi forte patria non habeat aliquem superiorem, hoc enim potius est repulsio violentiæ; quam vindicta, ut tenet Turrec. hic, vide textum ibi Glossa in l. l. C. quando licet uniuersique sine iudice Bart. in d. l. nullus num. 2. Mol. d. tract. 3. disp. 5. vers. quia vero unaquaque Resp. num. 3. & per totam disp. & disp. 6. n. 1. vers. in pœnam.

CAP. Non licet. IX.

- 1 Quid sit usuræ?
2 An fœnus sit idem, quod usuræ?

N textu, ibi, Fœnerari. Supposi
to quod
vsura sit voluntas capiendi ultra sortem
lucrum aliquod temporale, vi, & causa
mutui principaliter, secundum Covar. lib. 3. va-
riar. cap. 1, num. 2. vers. vsura igitur, seu secundū
Sotum, sit vsus premium rei mutuatæ, seu lucru
estimabile ex mutuo principaliter intentum,
ex ijs, quæ Perez lib. 8. Ordinam. tit. 2. in proœmio
vers. Tandem vsura. Spin. de testament. Glossa 13.
Rabr. num. 4. & supposito quod vsura sit prohibita
de iure diuino, naturali, canonico, & ci-
vili, Covar. citato loco, nu. 5. Spin. ubi proximè,
ita ut contrarium peccinaciter affimans hæ-
reticus sit censendus, ex ijs, quæ tradit Perez
ubi proximè vers. quero num usura.

Dic tamen quod inter fœnus, & vsurā da-
tur differentia, fœnus enim strictè accipitur
pro eo, quod ex solo mutuo iniusto accrescit,
vsura autem extensiùs pro quocumque aug-
mento ex quocumque contractu, etiam si lici-
tus sit, nihilominus tamen vsura, & fœnus
reciprocantur, & vnum pro alio sumitur. I. pec-
cunia fœnebris, ff. de vsuris. Caius, eodem tit. cap. 1. de
vsur. in 6. quæ iura adducit Perez citato loco,
vers. differentia autem, apud quem vers. sequent.
invenies, quod vsura est duplex, & multa alia
de materia. Spin. d. Glossa 3. num. 5. & sequen-
tibus, Navarr. in tractat. de vsura. Lessius de iustitia
lib. 2. cap. 20. dub. 3. & sequentibus. Molin. de iusti-
tia. 2. tom. tractat. 2. disput. 303. & sequentibus.
Manica de tacitis. & ambig. lib. 8. tit. 18. per totum
Salzed. in praxis cap. 92. fol. magno. verbo, vsura-
rij. Tolet. in summa lib. 5. cap. 28. & sequentibus.
Latissime Reginaldus lib. 10. numer. 390. & se-
quentibus.

C A P. Sicut. vlt.

S V M M A R I V M.

- 1 An vsuræ pro opere pio sint licite?
- 2 An quod alicui non licet suo nomine,
liceat alieno?
- 3 An procurator, qui recipit vsuras no-
mine alterius, teneatur illas resti-
tuere?

N textu, ibi, Misericorditer.
Vide Domin. hic in principio. Propos. numer. 2.
Abbat. in cap. super eo, num. 1. de vsuris. cum
quibus resolve, non licere in mutuante, in
recipiente vero si mutuans erat paratus alias
mutuare, recipiens non peccat, quia non in-

ducit illum ad peccandum, sed potius obsecrat
ut præligatur, ut succurat cum illis, nam li-
benter vellet habere mutuum sine vsuris, si
vero non erat paratus mutuare, tunc non li-
cet eum inducere, quia est dare causam deli-
cto. Abb. citato loco, num. 4. Porro peccatum
vsuræ, sicut clericus suo nomine exercere nō
potest, ita nec alieno, Bernard. in prælie. cap. 88.
verbo, Vsurarij. Sanchez de matrimonio tom. 1. lib. 3.
disput. 20. num. 8. qui vterque nostri textus me-
minere.

In Glossa, verbo, Non suo, a
ibi, Argumento, Quod quis.

Regula iuris est, quod alicui non licet nomine suo,
nec alieno licebit, de qua vide Bart. in l. Labeo §. 1.
ff. vñcap. & in l. hereditaria, ff. de furtis. Din. in
reg. quod alicui, de regul. intr. in 6. ex quorum do-
ctrina limita. Primo, & intellige dictam re-
gulam, quando illa alia persona est submissa
illi, cui non licet nomine suo tale quid facere:
si enim non fuerit submissa, bene poterit per
illum, quod per se non potest. Secundò limita,
quando ratione defectus intelligentia alicui
non licet quid nomine proprio, tunc enim li-
cebit per aliū. Tertiò limita, quod illud, quod
non licet nomine proprio; non licet alieno,
intelligendum est quod non licet sub colore
nominis alterius. v. g. sicut non licet tutori
inquietare pupillum suo nomine, ita nec lice-
bit nomine alterius, quod etiam declarandū
est, solum habere locum quando illud, quod
faciendum est nomine alterius tenderet ad
eundem effectum, quem consequeretur fa-
ciendo nomine proprio, non vero quando ad
diversum effectum, & de regula contraria.
Quod licet nomine proprio, an liceat alieno? Vide
Glossam celebrem in capit. Episcopus, 4. dis-
tinzione. 88. Din. in regula potest quis, de regul. intr.
in 6.

In eadē Glossa, vers. Vnde si. 3

De quæstione vide Abb. in cap. Michael, num. 6. de
vsuris, & ibi Innoc. & Ioan. Andr. Gofred. in sum. de
vsuris, §. item si quis nomine alieno, Hostiens. Rodolph.
& Lap. quos citat h̄c Propos. num. 3. Domin. in
principio. Ex quorū dictis duos casus distingue.
Primus est quādo illi, qui alieno nomine vi-
ras recipiunt, sunt partiarij, hec est recipiunt
vsuras dando pecuniam alienam ad vsuras, &
danti dant certam quotam pro centena-
rio, & residuum sibi reservant. Secundus
casus est, quando sunt ministri exercentes
nudum ministerium, & non participantes
de lucro. In primo casu tenentur ipsi resti-
tuere partem lucri vsurarij, quod pervenit
ad eos, itemque aliam partem quæ pervenit
ad principalem si ipse solvendo non sit.

In secund

In secundo casu non faciendo differentiam inter tutores, & procuratores dicendum est quod si dominus non est solvendo, minister tenetur solvere. Ratio est secundum Domini. quia qui pares sunt in prohibitione, debent esse pares in pena restitutionis, & quia qui participat criminis cum criminoso, eadem pena ligatur. Adde latè. Boer. decis. 273. ubi n. 6. nostræ Glossæ meminit.

DISTINCTIO. XXXXVII.

CAP. Episcopus. I.

S V M M A R I V M .

- 1 *Episcopus, aut presbyter usurarij an debeant deponi?*
- 2 *An Papa possit statuere contra Canones Apostolorum.*
- 3 *An omne peccatum mortale deiicit iam promotum? & num. 4. & 5:*

IN textu , ibi , Deponatur. Igitur clericus usurarius ab officio, & beneficio est suspendendus, textus similis in cap. præterea, de usuris Covar. lib. 3. variat. cap. 3. n. 3. Bernard. in practic. cap. 88. verbo, *Usurarij*, num. 2. in principio, & ibi additio littera C. Quod tamen limitabis nisi clericus desistat a crimine usurarum, quia tunc evadit: innuit, textus in cap. 1. de usur. dum dicit. *Si clericus detestandis usurarum lucris insistat: tradit Bernardus d. cap. 88. num. 2.* ad finem, qui nostri textus meminit. Adde posita ad cap. Si quis. 5. numer. 2. hac eadem distinctione.

- 2 In Glossa, verbo, Exigens, ibi, Tempore Apostolorum. Supponendo cum Felino, & multis quos citat in Rubr. n. 1. & sequentibus de constitut. Marta de iurisdic. 1. p. cap. 32. n. 17. Abb. in cap. litteras, num. 14. de restitu. spoliat. Quod Papa potest solus condere leges, etiam de rebus arduis, & supponendo cum codem Felin. in cap. que in ecclesiarum, numer. 19. & ibi Dec. num. 13. idem Abb. in cap. 2. num. 3. de maiorit. & obedientia, Marta de iurisdic. 2. p. cap. 37. num. 1. & casu. 93. num. 3. & casu 194. nu. 7. quod Papa potest interpretari, & limitare ius diuinum. Affirmative resolve. Summum Pontificem posse statuere contra Canones Apostolorum: vide Abb. in cap proposuit, num. 9. de concess.

præbed. Anchæ. conf. 124. incipit Circa bigamos, Felin. in cap. que in ecclesiarum, num 21. de constitut. & ibi Dec. 13. vers. & adde quod Papa in omnibus. Domin. hic propæ finem. Præpos. num. 1. Turrecrem. in cap. lector. num. 2. decis. 34. & ibi Præpos. num. 2. Marta de iurisdictione 1. part. cap. 24. num. 41.

In Glossa, verbo, Quod non quodlibet peccatum. Vide Præpos. in cap. Apostolus

81. distinc. num. 1. & ibi Turrecremat. num. 2. cum quo melius materiam quæstionis distinguendo, per novem conclusiones eam declarat. Prima conclusio. Est necessarium necessitate præcepti, ut promovendus pro tempore promotionis, non solum sit sine macula criminis, sed etiam sine macula peccati mortalis, patet ex textu in d. cap. Apostolus. Secunda conclusio. Est tanquam præsumptuosus, & mortaliter peccat, qui cum conscientia peccati mortalis ad ordines suscipiendos accedit. Tertia conclusio, licet requiratur pro tempore promotionis, ut promovendus sit sine peccato quocumque mortali, non tamē requiritur necessario quod ante baptismum, vel post, nullum peccatum commiserit, quod probatur ex practica Christi, & sanctorum, qui multos promovisse leguntur, qui tamen ante mortaliter peccaverunt, & ex eo, quia alias nulli, vel paucissimi promoverentur, cum ut dicit Heronym. Peccatum contra naturam est scilicet corruptam, vt quis sine peccato sit. Quarta conclusio est. Falsa est opinio dicens quod omne peccatum mortale repellit promovendum, & deiicit iam promotum, Præpos. hic num. 2. ubi Glossa. Quinta conclusio. Falsa est opinio dicens, quod peccat mortaliter, qui post baptismum mortaliter peccans se promoveri permitit, aut in suscepto ordine permanet, quantumcumque egerit pœnitentiam, nisi sit cum eo dispensatum, quod patet ex eo, quia non omnia peccata mortalia indigent dispensatione, vt docet nostra Glossa.

Sexta conclusio. Crimina occulta per baptismalem innocentiam, aut per pœnitentiam abolita, non impediunt promovendum, aut deiiciunt promotum; probatur per textum in cap. quæsum, de tempor. ordin. Limitatur tamen hæc conclusio in criminibus, quæ relinquunt post sui abolitionem sequellam repugnantem ordinis executioni, sicut homicidium, quod habet annexam irregularitatem, & heresis, quæ post vulnus sanatum, relinquere cicatricem, & simonia in ordine, quia illa est vitium, & infectio ordinis, hæc enim quantumcumque sint occulta, etiam post peractam pœnitentiam non sinunt aliquem promoveri, & impediunt executionem susceptorum ordinum.

Sept.

5 Septima conclusio. Crimina, quae sunt mediocria secundum aliquos, & talia dicuntur, si sunt manifesta per sententiam, aut per confessionem factam, etiam in iure sponte, aut evidenter facti, repellunt promovendum, & deiciunt, iam promotum; *textus in cap. de his verò dist. 50. cap. quasitum de tempor. ordin.* Limitatur hæc conclusio in crimen simplicis fornicationis, hoc enim licet sit manifestum, non inducit depositionem, nisi admonitus nolit se corriger. *textus in cap. fraternitatis dist. 34. bonus textus in cap. Sicut de cohabit. clericor.* Octava conclusio est. Nullum crimen repellit à promotione abolitum per pœnitentiam, & super quo processit legitima dispensatio. Nona conclusio. Propriè solum illud crimen impedit promovendum, quod est indispensabile, aut si requirit dispensationem, non est adhuc dispensatum in eo; adde quæ notavi in cap. Clericus 7. num. 3. supra 46. dist.

CAP. Quoniam. II.

SUMMARIUM.

- 1 An lex, seu constitutio trahatur ad præteritam?
- 2 An conatus puniatur eodem modo, ac effectus. & nu. 3. & 4.
- 3 An clericus usurarius incurrit penam irregularitatis per hunc textum.

IN textu, ibi, Post hanc definitionem. Et ita licet usura iure naturali, & divino damnata sit, & noster textus legem divinam, & naturalem declarat, tamen quoad pœnam, non comprehendit præterita, sed futura: *textus similis in c. cum singula 32. vers. circa eos de præbend. lib. 6. Bart. in l. omnes, num. 44. ff. de iustit. Felin. in cap. ult. num. 4. de constit. ubi Dec. num. 46. communis ex Anania in cap. cum tu, per textum ibi de usur. Gabr. lib. 6. communium tit. de regul. iuris conclusione. 3. Menoch de arbitrar. casu. 185. Covar. in cap. Alma. 1. p. 10. n. 1. Quod limita cū Felin. decem modis.*

In textu, ibi, Excogitans; iuncta Glossa. Duas statue inproposito conclusiones prima sit. Attento iure cōmuni, effectus, seu conatus punitur eodem modo, quo effectus. *Felin. in cap. 1. num. 2. & sequentibus de presump. & in tractatu suo, Quando conatus puniatur. Afflīct. in constituit. Neapol. lib. 1. Rubr. de armorum evaginat. num. 1. & sequentibus. Iul. Clar. lib. 5. recept. q. 92. n. 1. Zevallus, q. 540. Gom. 3. tom. cap. 3. num. 30. Covar. in Clemen. sisu-*

riosus 2. p. n. 6. Petr. Caball. resol. crimin. casu 94. n. 13. Limita 1. prædicta conclusionē, quādo conatus cum actu propinquo non devenit ad consummationem, quia non impeditus impedimento facti pœnitens destitit agere incepta, iuxta *textum in l. qui ea mente, ff. furt. Afflīct. & Felin. citatis locis.* Secundo limita nisi effectus confiseret tantum in voluntate, & non pervenisset ad aliquem actum; iuxta *textum in l. cogitationis, ff. pœnis.* quæ limitatio sublimitatur primo in matrimonio, in quo volūtas sola habetur pro facto, iuxta ea, quæ *Felin. citato loco.* Secundū sublimitatur in foro conscientiæ, in quo volūtas sola habetur profacto; quando enim progreditur ad cōsensum levē, habetur pro peccato veniali; quando verò ad consensū plenē liberatum, habetur pro mortali iuxta *textum. in cap. sed pensandum 6. dist.* Sublimitatur tertiū prædicta limitatio quoad pœnam, quæ imponitur ingenere, sicut est quando suspenditur clericus à canone pro peccato mortali, iuxta *textum in cap. fin. de tempor. ordin.* Quartū sublimitatur in hæresi, *Felin. ubi proxime. Jul. Clar. q. 91.*

Limita tertio prædictam conclusionē principalem in delictis non gravioribus, quia in illis effectus, non secuto effectu, non punitur, sicut punitur delictū consum natum, *Bart. & Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric. citati ab Afflīct. & Felin. ubi proxime. Hypol. de Marsil conf. 105. num. 4. & num. 21. vol. 2.* Limita quartū conclusionem in excōmunicatione, & alijs cēluris ecclesiasticis, quia in illis ut incidatur, requiritur factū consummatū *Afflīct. citato loco, n. 3. Felin. in d. irad. vers. fallit. 6.* Limita quinto quādo agitur ciuiliter secundum *Bald. in l. si consiliterit C. fin. reg.* Limita sexto quando delictū attentatur non per actum facti, sed per actum verbi iuxta *textū in l. 1. §. fin. ff. extraord. crim.* Limita septimo quando pœna imponitur ipso iure, nam tunc ad eam incurrendam non sufficit qualiscumque conatus, ut probatur *in cap. cum in cunctis, §. penultimo de elec. iuncto textū in c. perpetuō eodem tit. in 6. ubi Ioann. Andr. Abb. d. §. penulti. Bald. d. l. si quis non dicam, quos citat Felin. d. tract. vers. fallit 4.* Limita octavo ubi conatus alicuius rei prohibitæ, etiāsi habuisset effectū nemini nocuisse, ex ijs, quæ notat *Glossa penul. in c. quanto de iure inv.* Limita nono in statutis punitibus delictū, semper enim intelliguntur de consumatis. *Felin. vers. fallit. 8.* Limita decimo in actione legis Aquiliæ ubi plus cōsideratur factum, quam animus, *Afflīct. cit. loco, n. 5.*

Secunda conclusio sit. De cōsuetudine generali, quæ servatur in toto mundo, hodie conatus nō punitur eo modo, ac si sequeretur effectus. *Ias in l. 1. §. Hec autē verba, num. 17. & ibi Alex. num. 7. ff. quodquisq; iuris. Hypol. d. conf. 105. num. 29. Gom. d. cap. 3. num. 30. Iul. Clar. d. quæst. 92.*

in principio; quam conclusionem ampliabis, ut procedat etiam in delictis atrocibus, & enormibus. Afflīct. citato loco nūm. 5. Iul. Clar. num 2. qui tanquam veriorem, & æquiorem opinionem, hanc ampliationem approbat.

S In textu, ibi, Alienus existat à regula. Quamvis hæc verba importare videantur irregularitatem. Resolve tamen cum Suario. de censur. disp. 40. sectione. 8.n. 7. revera nō significare distinctam poenam à depositione, quæ in illis verbis significatur ibi. Deiicitur a clero.

C A P. Omnes. III.

S V M M A R I V M.

1. *An licitum sit mori pro honore temporali?*
2. *An pœnitentia momentanea sufficiat pro peccatis multorum annorum?*

IN principio textus, ibi, Pro temporali gloria. Dic cum *Narr. in cap. inter verba, 11. quast. 3. conclusione 4. num. 25.* quod pro virtute moriendum eit, & non pro honore, qui virtuti debetur, & ita quod dicta illorū, qui docent potius eligendam esse mortem, quām turpem, & ignominiosam vitam, intelligenda esse, ut significant potius vitandum vitium, & peccatum à quo oritur infamia, & turpitudo, quām sit vitanda mors honesta, quæ iustæ, ac gloriose subitur, cum quo alia videbis, qui nostri textus meminit, ubi etiam concludit illud commune dictum: *Moriendum est pro honore: communem errorem esse, quia operere mortem pro honore non est fortitudo vera, sed falsa.* Cæterum bene poterit quis protutando privato honore vitâ profundere, & ea agere ex quibus certissimam mortem sperare poterit, adi *Lessium lib. 2. de iust. cap. 9. dub. 6. n. 32.* An verò pro tutando honore liceat duellum acceptare? vide *Filliucium tom. 2. tractat. 29. cap. 8. à num. 147.* cum quo resolve probabile esse licere, probabilius non licere. An verò pro tutando honore temporali liceat occidere invasorem? Resolve affirmativè cū *Lessio lib. 2. de iust. cap. 9. dub. 12. num. 77.*

2 In Glossa, verbo. Amplius, ibi, quod tādiu debeat pœnitere. Resolve actum contritionis momentaneum sufficere pro peccatis multorum annorum, & non indigere temporali duratione. *D. Tho. 3. p. q. 89 art. 2. & 1. 2. q. 113. art. 5. Gabriel in 4. dist. 14.*

q. 1. art. 2. conclusione 5. Sottus in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. Medina tract. 1. de pœnitentia quast. 5. ad fin. Vega lib. 13. in Trident. cap. 21. quos citat Suarius. 4. tom. de pœnitentia quast. 85. sect. 5. art. 1. num. 4. quem vide num. 7. & sequentibus.

C A P. De Petro. IV.

S V M M A R I V M.

1. *An Iudex ex officio possit inquirere de criminis, & nū. 2. & 3. 4. & 5.*
2. *An doctor, seu licentiatus in receptione beneficij, seu ordinū, & ad audiendas confessiones sit examinandus.*

IN textu, ibi, Pervenisse, iūcta *Glossa.* Supponendo igitur, quod inquisitio alia dicitur generalissima, per textū in c. sicut olim de accusat. c. Romana de censibus lib. 6. quando fit ex mero officio superioris, scilicet Papæ in generali cōcilio, Patriarchæ, seu Metropolitani in provinciali, Episcopi in synodo super statu sui Archiepiscopatus, seu diœcesis; alia dicitur generalis, quoad delicta, & quoad personas, ut cum præses inquirit qui sunt homines in suo territorio facinorosi, vel poena digni iuxta texum in l. congruit ff. de officiis prefidis, vel generalis quoad personas delinquentes, specialis tamen quoad delicta, ut cum præses inquirit contra eos, qui Titum occiderunt iuxta texum in l. 3. §. Si tibi iudicium, ff. condit, ob turpem, seu generalis quoad delicta, specialis quoad personas, ut est inquisitio, quam facit visitator in ecclesia ad investigandum, & puniendū crimen per aliquē illorum cōmissum iuxta texum in cap. inquisitionis, de accusat, seu est specialis quoad delictum, & generalis contra personas de civitate, ut cum inquiritur de aliquo maleficio contra aliquam universitatem, vel civitatem, & homines ipsius, iuxta texum in l. 1. ff. quod cuiusque, & quod alia dicitur specialis quoad personas, & quoad delicta, ut cum de certo, & limitato delicto præses inquirit cōtra limitatam, & certam personā iuxta texum in l. ea quidem, C. accusat. l. 2. §. si publico ff. ad l. Iul. de adulter. de quibus, vide *Prepos. in cap. de accusat. 2. q. 8. à num. 39.* & sequentibus.

Supponendo secundò quod inquisitio specialis sit uno de tribus modis. Primo, ad effectum puniendi crimen pro utilitate publica, ut quando iudex de se inquirit contra aliquem sine querela, & denūtiatione alicuius. Secundo quādo ad querelā alicuius, ut quando offensus non vult facere partem in iudicio per viam accusationis, sed solū exponit querelam iudici & solicitat curiam ad inquirendum. Tertio

Tertiò ad denuntiationem alicuius officialis nulla alia fama præcedēt; & quod ultra hos tres modos etiam sit inquisitio civiliter. Quartò ad utilitatem ecclesiæ, ut quando iudex ecclesiasticus inquirit de qualitate, & idoneitate personæ eligendæ, ordinandæ, & confirmandæ iuxta textum in cap. cum nobis, de elect. citatum à nostra Glossa. Quintò quando Prælatus visitat ecclesiam de moribus, & idoneitate clericorum, ad correctionem, & pœnitentiam imponendam; non autem ad effectum puniendi iuxta textum & ibi. Dominic. in cap. consuetudinem, 1. §. sane, de consuetud. lib. 6. Sexto quando fit de bonis vacantibus fisco devolutis, in qua inquisitione si contradictor apparet, audietur in suis defensionibus, data copia suæ inquisitionis, alias bona fisco applicantur iuxta textum in l. si vacantia, & ibi. Lucas de Pena Cod. bonis vacant. lib. 10. Marant. de ordine iudiciorum 6. p. in principio, numm. 12.

³ Supponendo tertio quod iudex tunc poterit procedere, seu inquirere ex officio, specialiter contra aliquem, quando aliquid præambulum legitimum præcedat, quod aperiat ipsi viam ad procedendum, scilicet si præcedat infamatio, vel aliqua indicia, iuxta ea, quæ Angel. in tractat. de malefic. verbo. Quod fama publica, num. 2. & 6. cum sequentibus. Iul. Clar. questione 6. numer. 1. seu aliquid aliud de illis novem, quæ enumerat Preposit. citato loco, à num. 54. usque ad num. 74. & quod ut valeat talis inquisitio sint necessaria quinque requisita, de quibus Angel. citato loco, verbo, Hac est quedam inquisitio, num. 50. vel octo, secundum Marant. dicta 6. part. numer. 16. cum sequentibus. His suppositis loquendo de tertia specie inquisitionis specialis quoad personam, & quoad delictum.

⁴ Sit prima conclusio. Inquisitio, attento iure civili, prohibita est, iuxta illam regulam quod nemo sine accusatione damnatur l. rescripto, 6. §. Si quis in 2. ff. de muneribus, & honoribus. Preposit. citato loco, num. 42. Lucas de Pena d. l si vacantia, folio mihi. 15. vers. & nota hic casum, Afflict. in Const. Neapol. lib. 1. Rubr. de inquisitione facienda, num. 13. Angel. de malefic. verbo. Hac est quedam inquisitio, num. 12. Gandinus in eodem tractatu Rubr. quomodo de malefic. cognoscatur per inquisitionem, num. 6. Bart. in Authent. de collat. §. iubemus, num. 1. Hippol. cons. 110. num. 17. lib. 2. Gom. 3. tom. cap. 1. num. 49. Marant. citato loco, numer. 6. Limita primò conclusionem in crimine lœsa Maiestatis. Secundò quando Rex mandat inquiri. Tertiò in criminibus notorijs. Quartò in manifestis, & famosis latronibus, & itinerum aggressoribus, & in publicis homicidis fugientibus, vel latitantibus. Quintò contra socios, in his enim potest iudex inquirere: Afflict. citato loco, num. 13. in fine, & si velis

alias limitationes, vide Lucam de pena in dicta l. si vacantia, vers. & nota hunc casum, ubi enumerat plusquam 22. casus, quibus iudex potest inquirere, Angel. dicto numer. 12. enumerat sex. Gandinus in Rubr. Quid sit accusatio, numer. 3. enumerat 17. & plures Marant. citato loco à numer. 106. enumerat. 64. Gom. d. n. 94. enumerat octo.

Sit secunda conclusio. Attento iure Canonicō inquisitio est permitta in omni crimen, Gandin. d. Rubr. Quomodo de malefic. cognoscatur, num. 5. in fine. Iul. Clar. questione 3. numer. 3. in fine. Tertia sit conclusio. Hodie de consuetudine etiam attento iure civili, in quocumque casu permisum est iudici procedere ex officio, & sic per inquisitionem. Gandin. d. Rubr. Quomodo, num. 6. ad medium. Propos. dicto cap. de accusat. n. 42. vers. 4. in charta, Angel. citato loco, numer. 48. Gom. dicto num. 49. vers. 3. & similiter Iul. Clar. d. quast. 3. num. 6.

In textu, ibi, Ignota. Affirmativa solve doctorem, sive licentiatum non esse item examinandum ad collationem beneficij, & ordinis receptionem, & ad confessiones audiendas. Abb. in cap. constitutis in 2. num. 4. ubi Decius, num. 7. de appellat. Petrus de Sraul in tract. de doctor, 4. part. questione 28. & alij, quos citat. Zevall. in suis commun. questione 302. num. 14. tradit post alios Cenedus collect. 15. ad Decretum, numer. 3. Attamen circa confessionum auditio-nes, adverte quid quamvis Doctor sit examinatus, & sit idoneus ad illas audiendas, requiri-tur tamen ordinarij licentia, alias non poterit confessiones audire. Zavall. dicto loco in fine quæst. & vide Fr. Emmanuel Roder. in explicat. bullæ Cruciat. §. 9. dub. 1. Petrus Ledesm. in summa tractat. de pœnit. cap. 12. vers. Otra duda fol. mihi. 254. & quæ notavi in tractatu de iubileo cap. 8. num. 6. idem limitabis in examinatione bene-
ficij curati, ex Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 15. de reformat. An autem scholaris peritus, quātumcumque nota sit eius peritia, possit doctorari sine sequenti examine, vide post alios Cenedum dicto loco, num. 8. adde posita ad cap. nullus, num. 3. 24. distinctione.

C A P. Siquis. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Quando, & ubi celebratum fuit Concilium Eliberitanum?
- 2 An clericus usurarius possit, & debeat degradari sine eo, quod aliud præcedat?

IN textu, in superscriptione,
ibi, Ex Concilio Eliberitano.

Concilium Eliberitanum in Hispania celebratum fuit, circa Sylvestri Papæ 1. & Nicæni Concilij tempora, in quo intervenerunt Episcopi 19. multa statuentes in illo de quibus Carran. in sua summa fol. mihi. 34. refert Canones 81. ubi vide.

2. In textu, ibi, Placuit degradari.

Vide Salzed. ad Bernard. cap. 88. alias. 92. numer. 2. ubi concludit cum Hostiens. clericum usurarium non esse degradandum, nisi quando fuerit incorrigibilis in hoc crimen, & ita quod iudices primò debent incipere à suspensione, & postea procedere ad degradationem, se clero non corrigente, & ita intelligunt textum hunc. Vide posita ad cap. 1. num. 1. hac eadem dist.

CAP. Virum catholicum. VI.

S V M M A R I V M.

1. *Quid importet dictio, præcipue, seu præsertim.*
2. *Cupidus deviat à veritate.*

IN textu, ibi, Præcipue. *Dictio hæc, præcipue, & præsertim idem sunt, hoc est ante alia, secundum Abb. in cap. tum. ex litteris, numer. 7. de integr. restitut. & ita resolve, quod prædicta dictio præcipue, seu præsertim sumitur multis modis; aliquando enim sumitur pro maximè, secundum Abb. d. num. 7. & in cap. 1. n. 15. de except. & sic ponitur comparativè. Calderin. conf. 3. de verbis significat. Abb. cap. per tuas, num. 6. de simon. Ponitur etiam aliquando, ut denotet idem in casu contrario; idem. Abb. in cap. Discretionem, nu. 9. de eo, qui cognovit, & in cap. veriens, n. 21. de prescript. & in cap. directa, num. 5. de appellat. & ita sumitur pro maximè, ut supra Calderin. d. num. 3. idem Abb. in cap. Cum voluntate, num. 6. de sententia excommun. cap. præterea, num. 4. de censibus. Ponitur etiam aliquando pro tantum Abb. in cap. licet, n. 12. de foro compet, & in d. cap. 1. n. 15. & in d. cap. præterea, nu. 4. Calderin. citato loco.*

2. *In Glossa, verbo, Mens. Docet Gloss. quod cupidus deviat à veritate, vide textum in cap. Dilectissimi, 8. q. 2. sed brevem in præsenti possidet fructum, & postea æternum incurrit suppliciū, cap. Cum ordinaretur, cap. cit. 1. q. 1.*

CAP. Bonorum. VIII.

S V M M A R I V M.

1. *Exempla non restringunt regulam.*
2. *Cupiditas pro avaritia sumitur.*

IN textu, ibi, Cupiditatem.

I Prepos. hic num. 1. tenet quod cupiditas ponitur exempli gratia, & quod textus intelligitur in quocumque alio peccato; & sic nota quod exemplum non restringit regulā, textus in capit. 1. ne cleric. vel monach. l. damni, §. Sabini, ff. de damno infecto, & ibi Bart. nu. 1. Abb. in cap. inquisitionis, n. 5. de accusat. Ias. in l. nulli, n. 9. C. de iudic. Alex. in l. inter pares, nu. 3. ff. de re iud.

Ibi, Malorum radix est. Licet verbum cupiditas solum malam, & inordinatā significet, cap. quia radix de pœnitent. dist. 2. interdū tamen solū moderatā, iuxta illud Apostoli, ad Rom. 15. Cupiditatē habens veniendi ad vos. In præsenti tamē pro cupiditate in moderata bonoru pecuniariorū, hoc est, pro avaritia sumitur, ut docet Nayarr. in cap. Ita quorumdam, de iudic. notab. 2. num. 1. & 2. quem latè videbis.

CAP. Sicut ij. VIII.

S V M M A R I V M.

1. *Cenedus nostri textus meminit.*
2. *An dare eleemosynam de superfluo sit de necessitate precepti? & n. 3.*
4. *An avaritia sit semper peccatum mortale?*
5. *An liceat alicui rem quasi propriam possidere?*
6. *Paulus Fuschus nostri textus meminit.*
7. *Domestici qui dicantur.*
8. *An extrema necessitas faciat omnia communia?*
9. *Magis delinquit qui aufert, quam qui non dat.*
10. *An eleemosyna possit per actionē peti?*

IN textu. Eleemosyna an sit in præcep-
to, & an dives possit compel-
li à iudice ecclesiastico, ut eleemosynam
det pauperibus, & multa alia ad hunc textum
pertinentia, vide per illos, quos laboriosè citat
Cened. part. 1. collectan. 27. Medina in codice de ele-
mosyna q. 3. Reginaldus lib. 4. num. 244. doctè probates
dari

dari tum divinum, tum naturale, tum etiam Ecclesiasticum præceptum largiendi eleemosynam temporalem.

In textu, ibi, Indigentibus denegare. Ulta ea, quæ notavi in cap. Non cogantur num. 4. dist. 41. & in cap. Quiescamus. 2. distinct. 42. & in cap. triagenera dist. 45. numer. 2. Primo suppone quatuor casus circa necessitatem ex parte dantis, seu largientis & ex parte petentis eleemosynam. Primus est quando datur necessitas naturæ v. g. Si persona, quæ datura est eleemosynam, indiget pro se ipsa, vel pro sua familiæ cōservatione vel ad nunc, vel ad posterum, præcipiū si non habet redditus, vel aliquod certum, ad quod in posterum possit habere recursum. Secundus quando datur necessitas personæ. v. g. Si quis nullo modo potest sui status decentiam, & dignitatē conservare, sine eo, quod possidet. Tertius casus est quando datur necessitas extrema ex parte petentis eleemosynam. v. g. Si quis ita indiget aliquo, ut sine illo, nullo modo sustentari posset. Quartus casus est in necessitate nō extrema, scilicet si quis indiget aliquo, quo potest ei provideri per aliam viam. v. g. Si ipse potest procurare, vel alias aliis debet, & vult ei providere.

Secundo suppone superfluum posse duplum considerari. Primo respectu necessitatis naturæ, de qua in primo casu. Secundo respectu personæ, de qua in secundo casu. His suppositis sit prima conclusio. Peccatum mortale est non dare existenti in extrema necessitate superfluum status sui, tām ratione necessitatis naturæ, quām personæ, ut in primo, & secundo casu. Secunda conclusio sit, extra casum necessitatis extrema, non est peccatum mortale non dare eleemosynam de superfluo, tām ratione indigentie propriæ personæ, & familiæ, quām conservationis status, & dignitatis; de materia vide Tolet. lib. 8. sum. cap. 32. & cap. 35. Hui tractat de necessitate gravi, vide etiam Abb. cap. Si quis. n. 7. de furt. C. iust. 2. 2. q. 118. art. 3. Suar. de Charit. disp. 7. scilicet præserium, n. 8.

In textu, ibi, Mens avari. Supponendo quod avaritia est appetitus divitiarum voluntarius, & immoderatus iuxta Tolet. in sum. lib. 5. cap. 71. n. 1. vel est amor immoderatus habendi, secundum eundem Tolet. lib. 8. c. 24. Resolve quod non semper avaritia est peccatum mortale, solum enim tale reputabitur, quando quis propter divitias consequendas, vel retinendas, paratus fuerit violare aliquod præceptum obligans sub mortali. Lessius de iust. & iure. lib. 2. cap. 47. dub. 8. num. 61. D. Thom. 2. 2. q. 118. art. 4. Vnde infertur quod appetitus contra iustitiam est peccatum mortale, v. g. Quando quis alieni

na appetit illico modo habere, vel habita retinere, ut per furtum, vel rapinam, &c. Vel quando vult habere, quod ipsi non potest dari, velut Episcopatum, beneficium, seu officium cum sit indignus, hoc enim est contra iustitiam, & tunc in hoc peccat avaritia. Infertur etiam quod appetitus contra charitatem est peccatum mortale. v. g. Quando homo ita suis rebus afficitur, ut eas preferat diuino præcepto, & est paratus eas retinere, quamvis præceptum dilectionis proximi non servetur, nō succurrit do ei in extrema necessitate, tunc talis appetitus est peccatum mortale, quia est contra charitatem Tolet. in sum. lib. 5. cap. 21. n. 3. vide etiam Navarr. in summa. cap. 23. n. 72. Remedia contra avaritiam habes apud Reginaldum lib. 7. n. 64. quo loco idem auctor asserit, avaritiam esse eleemosynæ adversaricem; ideoque hominibus avaris nullā esse salubriore pénitentiam in confessionibus iniungendam, quām ut pauperibus frequentes eleemosynas velint erogare.

In vers. Proprium. Ponderat D. Th.

3. argumento, ad illam questionem. Virum licet alicui rem aliquem quasi propriam possidere? & affirmatiō resolvit, & ad nostrum textum responder, quod Ambrosius loquitur de proprietate rerum, quantum ad usum, non autem quoad potestatem procurandi, & dispensandi. Adde Sarmiento de redditibus. 1. p. c. 1. n. 20. ad fin. cū quo etiam intellige nostrum textum.

In §. Necesse est. Paulus Fusch. de visitat. lib. 1. c. 7. n. 17.

In codem, §. ibi, à domesticis.

Iuncta Glossa. Vide Glossam magvā 3. q. 5. in sum. ubi declarat qui dicuntur domestici, & ibi, Præposi. i. ubi ait quod domesticus potest sumi proprie, & impropriæ proprie pro illo, qui quasi inservit domui, cui potest imperari; impropriæ vero pro omni, qui in domo habitat cū aliquo. Luc. de Pen. in Rub. C. domest. & prætest. lib. 12. tenet quod propriæ domestici dicuntur qui in una domo conversantur, & in I. I. C. de minier. & honor. lib. 10. verbo, eadē domo, resolvit quod omnes illi dicuntur domestici, qui in eadem conversantur, & quod etiā dici potest domesticus unus familiaris amicus & omnes propinquii, & qui simul habitat, vide lat. Specul. de teste, §. 2. opponitur, n. 12. Abb. in c. in litteris, n. 5. de testibus, & ibi melius Felin. n. 1. Domin. in cap. fin. n. 8. circa med. de verbis significatis. 6. Bart. in l. etiam, n. 1. C. de testibus.

In Glossa, verbo, Commune.

Exponit Glossa verbum illud *Commune* hoc est communicandum tempore necessitatis, sequitur. Navarr. in cap. Quiescamus. num. 27. inferens parum gaute dicere. Hos, qui aiunt per necessitatem

extremam fieri omnia communia, posseque extreme indigentes capere illa, tanquam sua, neque ob id ad restitutionem teneri, etiam si alibi habeant unde id faciant, vel si pervenerint ad pinguiorem fortunam, moti ex nostro textu, & ex illa ratione quod necessitas facit omnia communia, ut est textus in cap. sicut de consecrat. dist. 1. & in l. 2. §. Cum in eadem, ff. ad l. Rodiam, de iactu, sed respondet Navar. illa iura id non probare, sed tantum dicere res propter necessitatem esse communicandas. Cum Navar. sentit. Covarr. regula peccatum 2. p. §. 1. num. 3. & 4. Tolet. lib. 5. cap. 24. §. ult. Less. lib. 2. de iust. cap. 16. dub. 1. num. 8. &c plures apud Azor. tom. 3. c. 39. Navar. iterum in manuali cap. 17. num. 61. & 62. qui locuntur de re quae omnino consumpta est in ipsa extrema necessitate. Ceterum in eisdem terminis probabilis etiam valde est, & tuto sequi potest contraria opinio, nimis capitem, & consumentem res in extrema necessitate non teneri ad illarum restitutionem, etiam in pinguiori fortuna. Ita Sylvester, verbo, Restitutio, 5. quest. 2. Sotto lib. 4. q. 7. art. 1. Aragon. Salo. Navar. Valent. & plures alij quos citant, & secuntur Sayrus in Clavi lib. 10. tract. 5. cap. 6. num. 12. Azor. p. 2. lib. 12. cap. 8. quest. 7. & cap. 9. questione 1. & part. 3. lib. 4. cap. 39. Quæres an hæc doctrina huius ultimæ opinionis tuto etiam sequi possit, quando quis in extrema necessitate re consumpsit, quam antea peccaminose a domino abslulerat v. g. per furtum? Respondet Scot. dist. 15. quest. 2. §. Ad argumenta. Richard. Paludanus & Sylvester, verbo, Restitutio, 5. qui hos citat, hunc teneri rem ita consumptam restituere; ita etiam propabilius iudicant, Less. lib. 2. de iust. cap. 16. dub. 1. num. 6. Filiue. tom. 2. tract. 32. cap. 5. num. 141. Ego contrarium iudicare: cum Petro Navarra de restitut. lib. 4. cap. 4. n. 24. & alijs quos tacito nomine refert Lessius ubi proxime dicens hanc opinionem esse probabilem. Moyeor quia extrema necessitas in qua rem illam consumpsi, consumit etiam i-Ham obligationem restituendi talenti re, quæ mibi taliter consumenti licite applicatur. Legge Filiucliam tom. 2. tract. 32. c. 5. num. 241.

9 In Glossa, verbo, Minus. Docet Gloss. gravius peccare qui aufert, quam qui non dat pauperi; sed forsitan aliquando plus posset peccare dives, qui pauperi in extrema necessitate famis constituto eleemosynam negat, quam pauper, qui diviti quidquam furto rapuerit: comprobat vtrumque Tiraquel. de patris, cap. 44. numer. 67. qui nostræ Glossæ meminist.

10 In textu, & Glossa, verbo, esurientium, ibi, Non directo iudicio,

Resolve negativé, folū enim potest implorari officium iudicis via denuntiationis. Domin. bīt, Praeposit. num. 4. Abb. in cap. novit, num. 37. de iudic. littera B. Felin. in cap. 1. n. 3. de officio iud. allegans. Annan. Butr. Roman. & alios, vide etiam Navar. in Manual. cap. 23. num. 73. qui nostram Glossam commendat. Abb. in cap. Si quis ad finem, de furtis. Sylvester, verbo, eleemosyna, quest. 6. Covarr. lib. 2. variar. cap. 14. num. 5. in principio, Morla in Emponio iuris sub titulo de legibus, q. 13. n. 8. Lessius lib. 2. de Iust. cap. 12. dub. 12. num. 75. docentes posse dimittes per iudicis officium ad eleemosynam cogi, eadem habent Tiraquel. de nobilit. cap. 29. n. 46. Sarmiento de redditibus 3. part. cap. 4. num. 2. Adde posita ad cap. Domino 28. infra distinctione 50. num. 3.

CAP. Quantumlibet. IX.

S V M M A R I V M.

1 Masculinum an comprehendat fœminum?

2 Quid importet hac dictio, difficile?

3 An per ingressum Religionis tollatur irregularitas?

In textu, ibi, Inter octo homines. Ergo nomen masculini generis comprehendit fœminum, ut exponit Glossa 1. in pæfenti, & docet Bart. in l. 1. ff. de pecul. cum quo Doctores solent pertransire, teste Aretino, comm. 39. Socin. Iunior. conf. 10. num. 14. vol. 1. & conf. 5. num. 8. per textum in l. 1. ff. de verborum significat. & in l. si ita scriptum ff. de legat. 2. quod tamen limitabis in statutis exorbitantibus, & odiosis, ut per eundem Socin. conf. 1. num. 107. & conf. 10. num. 9. & conf. 23. n. 43. Alex. con. 24. Animadversis his, col. 1. vol. 2. & probatur in l. 1. §. 1. vers. Quarto, ff. de venire in posse, mittend.

In textu, ibi, Difficile. Dictio hæc propriè, & impropriè, secundum Abb. in cap. Cum sint, numer. 9. de decimis. Quando sumitur propriè, importat difficultatem, sicut dictio, Vix, textus in cap. 2. de cognata spirit. lib. 6. & obi. Dominic. numer. 5. in fine. Quando sumitur impropriè, importat impossibilitatem. Abb. in loco, & Archidiac. in d. cap. 2. num. 1. ubi resolvit, per textum in l. vlt. ff. assign. lib. 1. alienationis circa principium, ff. de verborum significat. l. si mater, ff. legat. 3. quod quando dictio, vix, idem est, ac difficile ponitur in perpetuo, & absolutè prohibitis

hibitis. Idem importet quod nunquam, impossibile, nullo modo, vide etiam *Præpositum hic*, nn. 2.

In Glossa ult. ibi, Per monachatum regularis fiat. Docet *Glossa* per ingressum religionis tolli irregularitatem de quo vide. *Abb. in cap. ex litterarum, num. 5. de apostat. & in cap. cum deputati, num. 5. de iudic. & ibi Felin. nu. 2. tandem Abb. in cap. testimonium num. 13. de testimonio Covar. in Clement. Si furiosus 1. p. §. 2. num. 6. *Nayr. in Manual. cap. 27. num. 201. s. a. verbo, irregularitas num. 9. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 58. num. 8. Egid. de Coninck de Sacram. disp. 8. de irregularitate dubio. 12. in principio.* Ex quorum mente sit prima conclusio. Irregularitas proveniens ex delicto proprio non tollitur per ingressum religionis: quam conclusionem limita in temporalibus; nam in his per ingressum religionis tollitur illa macula irregularitatis, ut scilicet si quis propter illam non poterat esse testis, seu non poterat admitti ad iudicium, per ingressum religionis potest esse testis, & ad iudicium admitti. Secunda conclusio sit, quando irregularitas provenit ex delicto alterius, tollitur per ingressum religionis, quod intelligendum est de ingressu religionis cum effectu, scilicet per professionem secundum *Felin. dicto cap. cum deputati, num. 2. vide etiam Præposit. in sum. distinct. 56. num. 2. ubi de materia aliquas, quæstiones utiles invenies. An vero tollatur per tria vota simplicia quæ religiosi Societatis Iesu concipiunt ex acto biennio tyrocinij, vocant ipsi, vota scholasticorum, dicam alibi, interim vide *Sanch. tom. 2. decal. lib. 5. cap. 5. num. 13. & 14.***

CAP. Quod ad nos. X.

S U M M A R I V M .

Quando per aliquem non stat quomodo aliquid fiat, non est ei imputandum? & num. 2. 3. & 4.

5. Due negationes faciunt unam affirmationem,

I N Glossa verbo, inculpatos, ibi, Argumentum bonū, &c.

Suppono quoddam conditio est in triplici differentia, alia namque dicitur casualis, alia potestativa, alia mixta, iuxta textum, in l. unic. §. Sin autem Cod. cadi. tollend. Bart. & Alex. in l. 1. Cod.

inst. & subst. *Gom. I. tom. cap. 12. num. 60. Mantica de conjectur. lib. 10. tit. 5. num. 3.* & quod casualis, dicitur illa, quæ pendet à viribus, & accidenti fortunæ, ut si nauis ex Asia venerit, si Titius Consul factus fuerit l. 2. §. Si sub. condit. ff. de honor. possess. secundū tab. & quod potestativa dicitur illa, quæ ita facilis est, ut eius implementū sit in potestate implere debentis, ut dare Titio talem rem levem, scilicet ascendere talem locum, manumittere servum proprium, l. suis quoque, §. Puto ff. de hæred. instit. & quod mixta dicitur duobus modis. Primo quando pendet ex potestate gravati, & potestate alterius, ut quando testator dixerit, si Titium adoptaveris. Secundo quando ex potestate gravati, & arbitrio fortunæ, ut si Alexandriam iueris. *Bart. in dict. l. 1.* His suppositis distingue tres casus; primum in conditione casuali; secundum in conditione potestativa, tertium in conditione mixta.

In primo casu sit conclusio. Si conditio impeditur impleri per casum, non habebitur pro impleta nec habet locum argumentum, quod hic sumitur à *Glossa*. In Secundo casu, sit conclusio. Quando adimplere debens conditionē, paratus est adimplere, & per eum non stat quominus adimpleatur conditio, habetur pro impleta l. quæ sub conditione, §. *Quoties, ff. condit. inst. quæ conclusio limitanda est casu, quo ad implementum impeditur per tertium, cuius non interest adimpleri, tunc enim ipse impediens tenebitur resarcire damnū, iuxta textum in l. inde Neratius, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Si vero non habuerit regressum contra impedientem, tunc habebit etiam locum conclusio.

In tertio casu sit prima conclusio. Quando conditio impeditur per eum, à quo debebat adimpleri, seu ex eius facto pendebat, tunc habebitur pro impleta, quia per eum non stat. Secunda conclusio sit, quando conditio pendet ex facto illius, qui tenetur eam adimplere, si defuit per casum contingentem in alterius persona, & conditio fuit apposita in favorem adimplentis, seu sumus in dubio cuius favore fuerit apposita, habetur pro impleta.

Quarta conclusio sit. Quando conditio apponitur favore alterius, & non favore adimplere debentis conditionem, vel quando favore utriusque, si impediatur, seu deficiat casu contingente in alterius persona, non habebitur pro impleta de materia ultra supra citatos videlicet *Ias. in d. l. 1. num. 3. & 7. & ibi Alex. precipue num. 4. ubi an predicta regula habeat locum in contractibus, vide etiam Bart. in l. in testamento secunda, ff. condit. & demonst. *Costa lib. 2. select. cap. 4. num. 8. Molini de primog. lib. 2. cap. 13. a num. 14. Din. in reg. imputari, & in reg. cum non stat. de regulis juris lib. 6.**

5 In Glossa verbo, non recedamus, ibi, Minus, & non. Resolvemus, quod regulariter duæ negationes faciunt unam affirmationem *textus in l. duobus 237. ff. verbor. significat*. Limita tamen primo predictam regulā, quando negationes referuntur ad diversa, quamvis sint in eadem oratione contenta. Secundo limita, nisi sequatur contrarius, & absonus intellectus, tunc enim duæ negationes non faciunt unam affirmationem, sed una nsgatio stat proprié, alia superabundat. Limita tertio quādo apponuntur tres negationes, tūc enim duæ faciunt unam affirmationē, & tertia stat propriè vide *Prepos. hic, num. 4. Abb. in cap. Et si Christus, num. 5. de iure iur. Bart. in l. duobus, num. 1. & in l. manifeste cti. m, n. 1. ff. de iure iur. & in l. t. num. 7. Cod. servis fugit. idem. Bart. in l. fæmina, num. 1. ff. de senator.*

DISTINCTIO. XXXXVIII.

S V M M A R I V M.

1 *An Neophitus possit ordinari?*

IN textu, ibi, Neophiti. Neophitus dicitur propriè ille, qui ex Mosayca lege, aut Mahometica, vel Ethnica nuper legem Christi professus est, non vero, qui ab ipsa nativitate Christi nomen accepit, licet deducat, genus à Iudeorum gente; *Trosius de vero clero, lib. 2. cap. 12. qui impeditur irregularitate procedente ex defectu animæ, ne possit ordinari.* *Eelin. in cap. eam te, num. 12. de rescript. & ibi. Dec. num. 6. Navar. in Manual. cap. 27. na. 205. post principium latè *Couar. in Clem. Si furiosus, 1. part. §. 2. avum. 6. Fr. Eman. in summa capit. 159. numer. 2. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 64. num. 14. Roman. sing. 416. cum quibus lmitata conclusionem in minoribus ordinibus, poterunt enim in eis ordinari.* Ex predictis inferes. Primo filios conversorum, qui in infantia fuere baptizati posse ordinari, cum non reputentur Neophiti. Secundo, inferes, posse etiam ordinari illos, qui iam sunt à multo tempore velati decem annorū ad fidem conversi; hi etiam non reputantur Neophiti. Quis vero possit dispensare cum Neophitis? Vide *Covar. citato loco, num. 7. in fine Tolet. & fr. Eman. num. fin. S. Mat. de Censur. diss. 44. sect. 3. ann. 5. iudiciorum non habet. Cuiusque**

C A P. Quoniam. 1.

S V M M A R I V M.

- 1** *An necessitas excusat à peccato?*
- 2** *Quid importet dictio, de cætero.*
- 3** *An crimen civiliter probatum inducat depositionem? & num. 4.*
- 5** *Quid importet dictio? præter.*
- 6** *Textus an inducat irregularitatem?*

IN textu, ibi, Necessitatem, iuncta Glossa. Vide *textum in cap. 5 quis. & ibi Abb. num. 3.*

*de furt. & in c. quod no est licitū, de reg. iuris, n. 1. ubi necessitas facit licitū quod nō erat, & sic excusat à peccato; multa, quæ faciunt ad propositum idem *Abb. in cap. Pastoralis. §. præterea, num. 3. & ibi Felin. numer. 13. ad med. de officio ordinat. idem. Abbas. in cap. licet, num. 1. de ferijs; & additio ad eundem *Abb. in dicto cap. quod non est, verbo, necessitas, Prepos. in cap. fraternalis, 12. q. 2. num. 8. Navarr. in cap. Novit, notab. 3. num. 140. de iudicijs. Latè Tiraq. de pénis causa 33. num. 3. Covar. in regul. peccatum 2. p. §. 1. n. 6. ad med. qui nostrę Glossa. meminit.***

In textu, ibi, De cætero. *Prepos. 1. bīc, n. 2. tenet predictam dictionem referri ad futurū tempus, per Glossam, verbo, de cætero in proam. Clement. vide etiam similem Glossam, verbo, de cætero. in cap. licet Canon. de elect. in 6. cum qua transit ibi Domin. n. 7. vide Tuscum tom. 2. littera D. conclusione. 259.*

In textu, ibi, Coniunctus, &c. iuncta Glossa verbo cesset. Distinguendos casus. Primitu quando constat de crimen per viam denuntiationis, & iudex post denuntiationem inchoat novā instantiā per viā accusatiōnis, vel inquisitionis. Secundum quādo iudex nō inchoat novam instantiam, sed constat per viam denuntiationis tantum de crimen. In primo casu sit conclusio. Quando crimen civiliter est probatum, poterit committēs crimen deponi in illis casibus, quibus datur dispositio. *Prepos. hic num. 9. citans textum in cap. licet Heli, de simon. Archidiac. Vincent. vide Abb. in cap. 1. num. 1. de officio custod. & quæ in cap. Cum super, n. 12. de concess. & in cap. cum dilectus. n. 29. de ordin. cognit. Vide quæ tradit Abb. in cap. aisi clericis, num. 29. de iudicijs.*

In secundo casu sit. Prima conclusio. Quādo crimen est notoriū evidētia facti, poterit crimi-

criminosus puniri pœna depositionis. *textus in cap. Ecce. 24. q. 3. ubi Glossa, Abb. in d. cap. 1. num. 1.* Secunda conclusio sit. Quando crimen nō est notorium, sed ex probatione iudicialiter facta de illo constat, & crimen est tale, quod criminosus efficitur ineptus ad administrandum; tūc poterit deponi, *dicō cap. 1. & ibi. Abb. num. 1.* Tertia conclusio sit. Quando crimen tale est quod non impedit criminosum, peracta pænitentia, ministrare, si criminosus est regularis repellitur, & privatur, si vero est clericus nō privabitur officio, vel beneficio, sed tantum cogatur facere pænitentiam *cap. quemadmodū, de iur. iur. quem citat Præpos. hic in fin. & vide quæ docet Abb. in cap. super his, num. 2. de accusat.*

5 In textu, ibi, Præter. Resolve cū *Abb. in cap. dudum. num. 16. de elect.* quod dictio præter sequitur genus, vel annexitur rei, quæ comprehendebatur sub præmissis, v. g. *lego omnia bona mea præter talem librum;* vel *lego libros meos, præter decretum:* talis dictio stat exclusivè, si autem adiicitur rei, quæ non comprehendebatur sub præmissis, v. g. *Lego omnia animalia mea præter decretum* tunc stat inclusivè, vide tamen aliam resolutionem cum Bart. in l. eum, qui §. Qui iniuriarum, num. 5. ff. Si quis caut. & in l. 1. ff. pignor. act. num. 3. vide etiam Abb. in cap. Cum ab omni, num. 5. de vita, & honest. clericor. & an in hac dictione habeant locum, quæ per Doctores scribuntur de dictione nisi (de qua Alex. in d. §. qui iniuriarum, num. 10. & sequentibus. *Din. in reg. peccatum, numer. 1. de regul. iur. in 6.*) vide Bart. *dicō §. Qui iniuriar. num. 7. & quod hæc dictio aliquando sumitur pro, contra, Præposit. hic num. 4.*

6 In fine tex. ibi, Cesset à Clero. Maiolus hanc pœnam inter irregularitates connumerat, sed melius *Suanus de censuris disp. 40. sect. 8. num. 5. vers. Quarta,* affirmat hic non contineri pœnam ipso iure latam, quia verbū præcipitabitur de futuro est, & postulat actionē hominis; verbum autem cesset, est indifferens, vnde in ipso Concil. Nicen. 1. Canon. 2. clarius dicitur *deponendus est*, & sic de depositione, non vero de irregularitate debet *textus intelligi.*

C A P. Sicut. II.

S V M M A R I V M .

I Vivaldus nostri textus meminit.

2 An qui noviter factus est monachus, possit, seu debeat statim eligi, in Prælatum? & num. 3.

I N textu. Vide de materia Vivaldum in Candelabro aureo de irre gularitate, 2.p. num. 52.

In textu, ibi, Repente in religionis, &c. Distingue duos casus. Primus est quando monachus nec tacite, nec expressè professus est. Secundus quando professus est. In primo casu sit conclusio. Monachus quamvis multo tempore slet in religione, si non est professus non poterit eligi in abbatem *cap. nullus de elect. lib. 6. ubi Domin. nu. 1. & 7. & ibi. Archidiac. in principio. Abb. in cap. cum causam, num. 6. de electione. & in cap. quia ingredientibus, num. 4. de fastam.* Limita tamen conclusiōnem primò in postulatione, quamvis enim nō sit expressè, nec tacite professus poterit postulari. *Præpos. hic num. 3. Abb. d. num. 4. Domin. d. cap. nullus, num. 4.* Sed talis postulatio debet peti à Papa, non ab inferiore. *Domin. Abb. Archidiacon. & præpos. citatis locis.* Secundo limita in provisione, quæ fit per viam collationis, nam in hac poterit provideri. *Abb. d. cap. Quia. nu. 4. Præpos. hic num. 3.* Limita tertio in electione ad ecclesiām cathedralē regularem, nam in tali ecclesia potest eligi non professus *Abb. d. cap. cum causam, num. 6. Glossa fin. in d. cap. nullus, cū qua transit. Domin. ibi. n. 7. prope fin.*

In secūdo casu sit prima cōclusiō. Monachus qui in fine anni probationis professionem expressè fecit, poterit eligi in abbate, *textus in d. cap. nullus, ubi Domin. & Archidiac. n. 1. Præpos. hic. n. 3.* Secunda conclusio sit. Monachus professionem faciens ante elapsum annum poterit eligi, si detur utilitas, & necessitas ecclesiæ *textus in cap. officij, ubi Abb. num. 5. de electio Archidiac. dicō cap. nullus, de elect. in 6. prope fin.* Tertia conclusio sit. Monachus qui in fine anni tacite professus est, non poterit eligi e modo, quo ille qui expressè. *Domin. d. c. nullus, n. 1. Abb. d. c. cum causam, n. 6.* Quarta conclusio sit. Quādo monachus professus est ante elapsum annum, & dubitatur an detur utilitas, & necessitas ecclesiæ, vt possit eligi, tunc relinquitur arbitrio iudicantis, qui debet considerare qualitatem personarum, apud sit utilitas, vel non. *Præpos. hic numer. final.*

DISTIN-

DISTINCTIO. XXXIX.

IN SUMMA.

SUMMARIUM.

- 1 An orationes factae per malum sacerdotem, eodem modo profint, quo factae per bonum? & num. 2. & 3.
- 4 An missa boni sacerdotis, sit melior quam mali? & num. 5.
- 6 An crimen committens possit ordinari post peractam pænitentiam? & nu. 7.8. & 9.

IN textu, ibi, Bene vivendo, iuncta Glossa, verbo, Intercessores. Controvertit Glossa an orationes factae à sacerdotibus malis profint. Suppono primo alias esse orationes, quæ per se, non innitendo meritis personæ, ex opere operato suum operantur effectum, *Navar. de orat. cap. 20. num. 41.* ut est oratio Dominica, & omnes horæ Canonice. secundum eundem *Navarr. de orat. cap. 19. n. 59,* ob virtutem inherenterem ex institutione Dei, vel ipsius ecclesiæ universalis. Secundò suppone quod tres sunt species orationis: prima viva, quæ fit bene, sive virtuosa, absque ullius circumstantiæ defectu ab eo, qui est in statu gratiæ. Secunda mortua, virtuosa quidē, sive bona moraliter, facta ab existenti in peccato mortali. Tertia mortifera, quæ est mala, sive vitiosa, & peccatum ob defectum alicuius circumstantiæ. *Navarr. citato loco, cap. 20. nu. 33.* His suppositis distingue duos casus: primus est quando aliquis orat pro se, secundus quando orat pro alijs: in primo casu sit prima conclusio. Si orans recitat orationes, quæ habent virtutem ex opere operato, seu eas recitat nomine ecclesiæ, sunt ipsi utiles tales orationes, quamvis sit peccator. *Navarr. d. cap. 20. nu. 41. & cap. 19. num. 59,*

2 Secunda conclusio sit. Si orans recitat orationes, quæ non habent virtutem ex opere operato, sed debent habere effectum, ut profint, ex opere operantis, nihil ei prosunt, si non fuerit in statu gratiæ. *Navar. citato loco, & in Manual. cap. 25. num. 79.* faciunt, quæ. *Suar. 4. tom. de penit. disp. 37. sect. 2. nu. 8.* quam cōclusio nem intellige quod non profint tali ad pro-

merendam gratiam de iustitia, nec ad satisfaciendum de iustitia, cum hoc solum cōveniat orationi viuæ, prosunt tamē, cum sint orationes mortuæ ad impetrādum de misericordia. Primò quod ob eas Deus inspiret ipsi aliqua, quæ disponant, & cūpræparent ad consequēdū suam gratiā. Secundò quod evitet novum peccatum. Tertiò resistat malis inclinationibus, & assuefiat bonis operibus, & alijs, quæ vide cum *Navar. d. cap. 20. n. 34. & 35.* Hanc tamē limitationem iterum sublimita, ita ut intelligatur, quod de misericordia prosunt ei predictæ orationes, quando aliquid petit ex bono desiderio naturæ, non vero quādo orat pro se in quantum est peccator, & secundū desideriū peccati, tunc enim nec ex misericordia auditur, sed quandoque exaudietur ad vindictam, permittente Deo peccatorem adhuc amplius ruere in peccatum, *Glossa, verbo, orationes in Clement. 1. de reliq. & venerat. sanctor. vers. quinto Prapos. hic num. 1. Navarr. d. cap. 20. num. 35. vers. 6. conclusio.*

In secundo casu sit prima conclusio. Malus orans pro illo, qui bonus est, & nō est in peccato, consequitur effectum suæ orationis, ita ut profit illi, pro quo orat. *Prapos. hic citato loco, quam cōclusionem intellige quādo talis oratio habet virtutem ex opere operato, seu fit de mandato, vel iussu alterius existentis in bono statu *Navarr. d. cap. 19. num. 61. & cap. 20. nu. 39. & 41.* Vel quando est publica, quæ fit nomine ecclesiæ. *Ledesm. in summa de Sacramento, Eucharistia. cap. 10. conclusione 9. fol. mihi. 72,* non verò quando debet haberi respectus ad merita operatis. *Navarr. d. n. 39.* Secunda conclusio sit. Malus orans pro malo, si oratio virtutem habeat ex opere operato, illi prodest, quamvis uterque sit in malo statu; si vero debet habere meritum ex opere operantis, non poterit prodesse. *Prapos. hic num. 1. circa fin. Navarr. d. num. 60. Paulus Fusibus de visitatione lib. 1. cap. 30. numer. 23. qui nostri textus meminist. Lege Suarium de remissione peccatorum tom. 2. relig. lib. 1. cap. 25.**

Circa missas boni, & mali sacerdotis. Distingue in proposito, quatuor casus circa valorem missæ; primus est de eius valore in quantum Sacramentum; secundus in quantum sacrificium. *Ledesm. in summa de Sacramento Eucharist. cap. 10. conclusione 9. fol. mihi. 72.* tertius de valore circa orationes, seu præces, quæ in ipsa missa dicuntur. *Tolet. in summa lib. 2. cap. 8. num. 1.* quartus circa valorem ex devotione ipsius offerentis. In primo casu dicendum est, quod idem est valor boni, quam mali sacerdotis, uterque enim validum sacramentum efficit, *Prapos. cap. si fuerit 1. quæstione 1. n. 2. & in cap. inter catholicam, n. 1. eadem.*

Eadem causa, & q. Ledesma, citato loco. In secundo casu idem dicendum est, quia cum valor in ipso sacrificio sit ex opere operato, non est maior in bono sacerdote, quam in malo. Tolet. citato loco, & Ledesm. ubi supra cap. 17. conclusione 5. fol. mihi. 93.

5 In tertio casu distinguendum est quod aut orationes, & preces sunt sacerdotis, ut persona particularis, aut ut representantis ecclesiæ, in cuius nomine celebrat; si nomine Ecclesiæ. idem valor est in malo, quam in bono, si vero ut particularis, tunc plus valet missa sacerdotis boni, quam mali. Tolet. citato loco. Ratio est secundum illum, quia non tantum illi prodest sed etiam alijs non solum ex parte precum, & orationum, quatenus nomine ecclesiæ procedunt, sed etiam ut sunt ab homine Dei amico, & grato. In quarto casu dicendum est, quod cum valor sacrificij accidentaliter ex devotione offertis crescat, & ita maiorē fructum, & effectum faciat iuxta ea, quæ Ledesm. d.c. 17. conclusione 6. melior erit missa sacerdotis boni, quam mali, vide Navarr. in Manuali, cap. 25. num. 79. Adde posita ad cap. ult. num. 2. hac eadem dist.

6 In Glossa, verbo, Si adhuc, ibi, & quod non impeditur. Docet *Gloss.*

posse ordinari criminis, si pœnituit. Tu suppose primo quod quatuor præcipue consideranda sunt in reparatione clericorum, qui in crimibus lapsi sunt. Primum quantitas criminis, utrum sit mediocre, maximum, & enorme, vel leve? secundum, qualitas ipsius, utrum occultum, vel manifestum? tertium, satisfactio, utrum egerit pœnitentiam veram, vel simulatam? quartum, modus publicationis, utrum sit publicum per ipsam operationem, an per sententiam iudicis, vel per propriam confessionem? Abb. in cap. ex litterarum, n. 3. de tempor. ordin. Prapos. in sum. dist. 50. n. 1. & 2. Suppone secundo quod vera pœnitentia est que agitur odio criminis, cuius rei signum est, si pœnitentes in omnibus humilibus appareat, & pœnitentiā iniunctam toto conamine implere satagit, falsa verò si simulete, & superbè, & negligenter agitur; si timore utilitatis, vel ambitione honoris, quod ex eo perpenditur si in pœnitentia pœnitentes ipsi fuerint segnes, & arrogantes. *Praposit.* citato loco, num. 2.

Tertiò suppone quod crimen enorme dicitur duobus modis. Primò quando crimen ex natura sua causat irregularitatem, vel suspensionem, vel ipso iure talis illi irregularitas, vel suspensio infligitur, ut in crimen homicidij, & illis de quibus. Abb. in d. cap. ex litterarum, num. 3. post med. Secundo modo quando non ex sua natura, delicta causant irregulari-

tatem, vel suspensionem, sed ex alio capite sunt digna tali suspensione, vel irregularitate. Abb. in d. cap. ex litterarum, num. 1. & cap. fin. numer. 5. prope fin. de tempor. ordin. & in cap. aisi clerici, nu. 34. de iudic. E quod crimen mediocre est omne peccatum mortale. Abb. d. num. 3. post med. & quod crimen minimum sit leve, & veniale. Suppone quarto quod crima digna depositione sunt. Primò omne delictum cum incorrigibilitate. Secundò omne delictum cum irregularitate. Tertiò omne delictum publicum, & scandalosum. Quartò omne delictum diu continuatum. Quinto omne delictum habens qualitatem enormitatis, seu gravitatis, de quibus. Abb. in c. nisi, n. 6. de renunt. Sextò. Quodcumq; delictum, quod in se habet infamiam juris secundum ea, quæ tradit Abb. in cap. aisi clerici, num. 34. de iudic & num. 7. & in cap. cum non ab homine, num. 4. eodem. tit. Felin. in d. cap. aisi clerici. num. 12. ad med.

His suppositis sit prima conclusio. Loquendo de vera pœnitentia, quando crimen est enorme primo modo de quo supra, & est manifestum, impedit ordinis executionem, & ascensum ad superiores, etiam post peractam pœnitentiam, & hoc ex duabus rationibus: prima est natura delicti, secunda qualitas notorietatis. secundū Abb. d. cap. fin. num. 5. Secunda conclusio sit, quando crimen est enorme primo modo de quo supra, & occultum omnino, criminosus non prohibetur ordinari, nec administrare in susceptis Abb. d. cap. fin. n. 5. post med. & in cap. 1. num. 1 de corpor. vitiis. Limita primo hanc conclusionem in homicidio, quamvis enim sit occultum omnino, necessaria erit dispensatio. Abb. d. cap. ex litterarum, num. 3. vers. & si dicatur. Limita secundo conclusionem in simonia, quæ committitur in ordine, Abb. ubi proxime, & in cap. inquisitionis, num. 3. de accusat. Tertia conclusio sit, in crimen enormi, primo modo, & occulto, protut dislinguitur contra notorium, etiam peracta pœnitentia, non poterit ministrare. Abb. d. num. 5. & d. num. 3. post med.

Quarta conclusio sit in crimen enormi, secundo modo de quo supra. Si est occultum, criminosus, post peractam pœnitentiam non impeditur in ordinibus susceptis, sed susceptiendis. Abb. d. num. 5. & 3. Quinta conclusio sit in crimen enormi, secundo modo de quo supra quando est manifestum, criminosus repellitur ab ordinibus tam susceptis, quam susceptiendis, etiam peracta pœnitentia. Abb. ubi proxime. Sexta conclusio sit. Quando crimen mediocre est notorium juris, & facti, non potest criminosus administrare in susceptis, etiam peracta pœnitentia, nec ascendere ad maiores, quamvis enim tale crimen de sui natura non causeat

causet irregularitatem, causat eam ex acciden-
ti propter notorietatem, & sic propter scādalu-
Abb. d. num. 3. circa fin. & d. num. 5. Septima con-
clusio fit. Quando crimen mediocre est oc-
cultum omnino, criminosus poterit ordinari,
Abb. ubi proximè. Octava conclusio fit. Quan-
do crimen mediocre est occultum non omni-
no, sed pro ut distinguitur contra notoriū, &
sic est probabile, poterit criminosus, peracta
pœnitentia ministrare *Abb. d. num. 3. in fin.* Quæ
omnia supra dicta intellige quoad forum ex-
teriorum, circa interiorem discurre cum *Abb.*
citato *cap. ex litterarum à principio.*

CAP. Hinc etenim. I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quis* *sint* *defectus* *corporis* *impedien-*
tes *ordinum* *susceptionem?* & nu-
mer. 2.
3 *Quis* *possit* *dispensare* *in* *hoc* *defectu.*
4 *Infirmitas* *dupliciter* *intelligitur.*
5 *Paulus Fuschus* *nostri* *textus* *memi-*
nit.
6 *Dictio* *alius* *quid* *importet?*

I N textu. Vide *Navarr.* in *Manuali cap.*
27. nū. 201. & *de horis Canoniciis*
cap. 19. conclusione 4. num. 60. *Covarr.* in *Clem.*
si furiosus 1. p. in principio. num. 5. *Campanile di-*
vers. *iur. Canon. Rubr.* II. *cap. 17. in principio.* *Tiraq.*
I. 2. *connubial.* *Glossa* I. p. 2. num. 59. *bunc* *textum no-*
tantes *in* *materia* *irregularitatis:* *Adde Shar.*
de censur. *disput.* 51. *sect.* 2. *num.* 14. & *sequentibus.*
Cardos. *in* *praxi,* *verbo,* *irregularitas à num. 23.* *Sā*
verbo, *irregularitas ex corporis* *vicio* *seu* *defectu.*
Aphorismo. I. & *sequentibus.* *Fr. Emman.* *Rodri.*
in sum. I. p. *cap. 158.* à *num.* 1. *Egid.* *Coninck.* *de*
Sacram. *disp.* 18. *de* *irregular.* *dub.* 13. *Tolet.* *in summa*
lib. I. cap. 63. à *principio.* Ex quibus resolve quod
omnis defectus corporis impediens exercere
alicuius ordinis functionem, facit talem im-
pedimentum irregulariter respectu illius ordinis,
quem non potest exercere, & ita in promoto
impedit exercitium, & in alijs, quod non pos-
sunt promoveri; quod intellige non solum
quando absolute est impeditus, sed etiam in
casu, quo detur periculum, seu scandalum, si
promoveatur, seu exerceat in susceptis *textus*
in cap. 2. de corp. vitiis.

- 2 *Vnde* *primo* *infertur* *quod* *si* *aliquis laicus*
careat *manu,* *seu* *ei* *fuerit* *à latronibus* *abscisa*
media *pars* *palmæ manus* *cum duobus* *digitis,*

seu careat pollice, aut indice, nullo modo pro-
moveri poterit propter inhabilitatem; & si
hoc clericu iam presbytero acciderit, repelle-
tur à ministerio alterius, non vero à ceteris
officijs sacerdotib[us], ad quæ habilis est. Se-
cundò infertur, quod tremulus manibus, &
qui vinum ita abhorret, ut timeatur quod fa-
cile evomat, nullo modo est ordinandus, & in
susceptis non administrabit, in utroque enim
casu datur periculum effusionis calicis, de
quibus vide *ad cap. maritum*, & *sequentibus. 33.*
distinct. Tertiò infertur quod qui in pede caret
pollice, aut digitos habet deformes, non repu-
tatur irregularis, quinimo poterit promoveri,
cum tales defectus, seu vitia sint occulta, nec
per se impedian exercitium ordinum, nec
inhabilem faciant.

Adverte etiam duo in proposito; primum
quod quando datur dubitatio, an promovendus
habeat deformitatem seu sit inhabilis, vel de-
tetur scandalum, si ipse promoveatur, hoc iudi-
cium pertinere ad episcopum, seu ad iudicem,
cui huiusmodi causæ cognitio committitur.
Secundum quod super huiusmodi irregulari-
tate non Episcopus, sed solus Papa dispen-
sat. *Tolet.* citato loco, *num. 8. & 9.* quem vide
in materia.

Post principium *textus*, ibi, sed
per infirmitatem. Quæ quidem duplex
assignatur mentis,
scilicet & corporis, de qua dupli infirmita-
te, & quomodo unaque subdividatur.
Vide latè per *Cassan.* in *consuetud.* *Burgund.* in
proem. in *Glossa*, *verbo*, *maledic.* *numer. 3. fol. 37.*
& 38.

In §. *Gibosus* Ponderat *Paulus Fuschus de visitat.* lib. 2. cap.
15. numer. 9. ad hoc, quod monachi ut melius
perficiantur ab omnibus curis faculti debent
abstinere; nam cogitationis statum erigere no-
valet, quæ terrena solicitudinis cogitatio cur-
vum tenet.

Ad finem, *textus*, ibi, *Aliarum*,
iuncta *Glossa*, *eodem* *verbo.*
An dictio *Alius* semper repeat similia, Vide
Abb. in cap. accedens, *numer. 6.* *de præbend.* & *in cap. Sacris*, *num. 2.* *de sepultur.* & *in cap. officij*, *num. 2.*
de pœnitent. *melius Felin*, qui innumeros refert, in
cap. Sedes, *num. 6.* *ubi Abb.* *num. 13.* *de rescriptis*, *la-*
quidam relegatus *ff. rebus dubijs* *Glossa* in *I. I. §. 1.* *Ver-*
bo ob aliam ff. *Policitat* *text.* *in cap. Quoniam* §. *Iu-*
alijs, *ut lite non contestat* *Glossa* *verb.* *alia* *in I. fugitivi.*
C. de servis fugitiviis. *Tiraquel.* *in leg.* *Connub.* *Glossa*
5. *num. 48.* *ad fin.* *Farin.* *de delictis quaest.* 17. *num. 51.*
Oſascus decif. 167. *num. 7.* *Domin.* *in cap. 1.* *numer. 9.*
de præbend. *in 6.* *Imol.* *Clement.* I. *num. 7.* *de rescriptis*
lafin.

Ies. in l. quicunque, num. 2. C. qui admittit. ad bon. pos.
& in l. domus, num. 22. ff. de legat. 1. Raphael Fulgos.
conf. 105. circa med. & conf. 136. post med. Alexand.
vol. 1. conf. 34. num. 2. cum quibus resolve predi-
etam dictionem facere relationem similium.
Quod limitatur quando aliud suadet materia
subjecta, ut in terminis *textus in cap. si tibi absenti,*
de prabend. in 6. d. cap. officij in fin. ubi verb. *alius*
non repetit, eandem qualitatem l. i. §. debitum,
ff. constit. pecun. vide latissimè *Tuscbum* tom. 2. lit.
D. concl. 245. Cened. singul. 4.

CAP. Sacerdos. fin.

SUMMARY.

1. An sacramentum desinat esse tale, &
polluatur ex eo, quod sacerdos cele-
brat in peccato?

2. Qui veniant appellatione religiosi?

IN textu, ibi, Panem pollutū offerunt. De malo sacerdote, & qui est in peccato diximus supra in summa, numer. 1. & sequentibus, restat nunc dicere de hæreticis schismaticis, & excommunicatis, in qua quæstione resolve quod quamvis aliqui tenuere hæreticos, schismatics, & excommunicatos non efficere verum sacramentum, per fundamenta quæ notat Præpos. in cap. extra catholicam 1. quæst. 1. Veritas tamen est illos consecrare posse, & Eucharistiam ab illis consecratā continere verū corpus, & verum sanguinem Christi. Præpos. citato loco, & in cap. sic populus, eadem causa, & quæst. Ledesm. in sum. de sacram. Eucharist. cap. 9. conclusio. 10. fol. mihi 72. Tolet. in summa lib. 1. cap. 91. num. 7. Egid. Conick. de sacram. quæstione 82. art. 7. Ratio est quia cum ipsi habeant potestatem ordinis non possunt eam amittere, dum viuūt, quamvis sint extra ecclesiam, nam extra ecclesiam est locus veri sacrificij veritate sacra-
menti, non vero veritate fructus Præposit. citato loco ex D. Thom. in 3. p. q. 82. art. 7. ad 1.

In textu, ibi, Qui vitiosum ha-
bet pro religioso. Vide Abb. in Rubric. de
regularib. num. 3. Felin.
in cap. licet num. 8. de officio indic. ordinat. & in cap.
Ecclesiæ Sanctæ Mariæ a num. 1. de constitut. & me-
lior in cap. tua nos, de iure iur. Ancharr. in Clement.
1. num. 2. de rebus Ecclesiæ non alienand. cum qui-
bus resolve quæstionem per quatuor conclu-

siones. Prima conclusio sit: sub hoc nomine religiosi in largissima significatione, venit omnis Christianus, cap. post humani, de homicid. lib. 6. quod ad hoc notat Abb. Secunda conclusio sit. Quando hoc nomen *religiosus* accipitur latè, comprehendit omnem hominem honestè yi-
ventem, & devotè d. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quod notat Abb. citato loco. Tertia conclusio sit. Quando hoc nomen *Religiosus* accipitur strictè, hoc est minus latè, quam in proxima conclu-
sione, tunc comprehendit clericos *textus in c.* Salvator, 1. quæstione 3. Quarta conclusio sit. Quando hoc nomen sumitur propriè, solum comprehendit illos, qui profecti sunt tria sub-
stantialia professionis vota; videlicet pauper-
tatem, castitatem, & obedientiam iuxta iexum
in cap. Cum ad monasterium, de stat. regularib.
Ex quibus inferes quod in materia odiosa, &
poenali verbum, *Religiosus*, intelligitur de illis,
qui tria substantialia professi sunt, cum in his
verba semper strictè, & propriè accipientur,
secùs in favorabilibus. *Felinus dido capit.*
tua nos, & alij. citati cum quibus vide alia de
materia.

DISTINCTIO. L.

CAP. Si lapsis. I.

SUMMARY.

1. Gregorius Lopez nostri textus me-
minit.

2. Dicitio, Dum, quid significet?

3. An qui deponitur, perpetuò deponad-
tur?

IN textu. Cuius meminit Greg. Lopez
par. 1. in 6. l. 17. Glossa t. post
medium, ubi multa tradit de irregulari-
tate.

Ibi, Dum. Quæ dictio denotat
actum, dum esto in-
fieri, non in perfecto facto esse, ut in l. Si quis
id, quod, vers. Quod si dum proponitur, de iurisdictio-
ne omnium iudic. leg. arboribus, §. Julianus, p. b. 1.
Glossa de usufructus Iason. in leg. clam. possidere?
§. Qui ad nudinas, numer. 3. ubi Areimus, ff.
de acquir. possessione. Tempus futurum de no-
tat. ut in leg. boves, §. hoc sermone, ibi, Dum
vupia erit, de verborum significatione, & in leg.
K k Imperator.

Imperator, ff. de statu hominum. Aliquando facit conditionem quando iungitur rei perfectæ, ut in cap. præterita, de electione, & in l. qui concubinam, §. uxori, de legat. 3. Ant talis dictio inducat conditionem actus perseverantem? Vide Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. tit. de conditionibus appositis, ubi tractat quæstionem. Si communitas alicui derit prædia publica in emphytensis, dura Princeps, consenserit, an sufficiat Principem semel consensisse, an vero requiratur Principem in consensu perseverare? De quo etiam vide Ias. in l. 2. in 2. lectura, num. 4. ff. de in ius vocando, & de varijs significationibus huius dictionis, Dum, vide late Cened. singulare, 47. cum quo prosequere.

- 3 In Glossa ultima. Docet *Gloss.* quod clericus depositus simpliciter, intelligitur depositus perpetuò, licet in sententia non exprimatur, quam dicit notabilem Bernard. Dias in practica cap. 135. verbo, deponi, num. 1. Quæ crima digna sint depositione, iudicis arbitrio relinquuntur, ut per eundem numer. 3. Menoch. de arbitriar. casu. 415.

CAP. Qui Semel. II.

S Y M M A R I V M.

- 1 Didacus Peres nostri textus meminit.
2 An pœna nostri textus sit irregularitas, aut depositio?

5 In textu. De quo meminit Perez lib. 8. Ordin. iii. f. 9. l. 23. Glossa 1. pagin. 376. col. 2. ante med.

- 2 In textu, ibi, hæc depositus erit. Ex his verbis inferunt nonnulli hanc esse sufficientem formam latæ irregularitatis; sed melius hæc verba de propria depositione intelliguntur, & valde probabile est non esse depositionem ipso iure latam, sed ferendam ut post Turrecrem. & alios intelligit Suan. de cœsuro disp. 40. sect. 8. num. 9. Quod probat ex qualitate criminis pro quo pœna in nostro textu imponitur pro quolibet lapsu, scilicet carnis, post ordinatiōnem, ut omnes exponunt, & non est credibile tam gravem pœnam fuisse impositam ipso facto, pro casu adeo humano, & qui tam frequens esse potest, ut late prosequitur idem Quarius d. num. 9. vers. Quod ergo.

CAP. Presbyterum. III.

S Y M M A R I V M.

- 1 Qui crimen confiteatur mitius est puniendus.
2 Nisi confiteatur metu probaitonis.

In textu, ibi, Mitius agēdū est.

Nota mitius agendum esse cum sponte confessis, quam cum convictis *Glossa* in cap. de hoc, verbo, confessi, de simonia, quam communiter receptam tradit Pena, 3. p. directorum comment. II. litte. G. l. 1. C. ne tutor, vel curator vedi gal. cap. ult. & ibi, *Glossa* de furtis cap. inter corporalia, vers. sane quoniam, de translat. Episcopi, late Tiraq. de pa. temper. causa 30. num. 1. qui nostri textus meminit. Adde posita ad cap. ult. dist. 24.

In Glossa verbo, Mitius, ibi, Timore probationum. Igitur qui cōfitetur metu

probationis, pro convicto est habendus, nihil quæ ab eo differt quoad pœnæ impositionem, *Glossa* verbo, confessi, in cap. de hoc, vers. Sed mis patitur, de simonia, quam dicit singularem Abb. ibidem, num. 8. & in cap. atsi clerici, num. 8. in principio de iudicij, ubi Felin. numer. 2. vers. Nota etiam quod mitius, sequitur alios Tiraquel. de pa. nis. causa, 30. numer. 9. ubi nostram *Glossam* adducit.

CAP. Miror. IV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Homicida voluntarius de facili nō dispensatur.
2 Verba textus de irregularitate debent intelligi.
3 An solus Papa dispenset in irregularitate?

In textu. Quem citat Abb. in cap. continetur, numer. 3. de homicidio, & ex illo colligit, quod cum homicida voluntario non dispensatur, aut saltem non de facili debet dispensari, & videlicet Navar. in Rubrica de iudicij, numer. 109. qui textum limitat in homicidio voluntario, facto authoritate legitima, & iusta de causa, quia

quia non patit irregularitatēm indispensabiliem, & vide de materia. Albertin. de agnoscend. quæst. 25. num. 42. Bernard. in pract. cap. 94. verbo, homicida, per totum.

Ibi. Sacerdotio privatus. Quam enim hoc verbum generale sit, & degradacionem, vel depositionem significare possit, tamē ex materia, de qua agitur (nempe de homicidio voluntario) satis significat textum loqui de irregularitate, ut bene ponderat Suar. de censur. disp. 40. sect. 8. nu. 10. vers. Octava, & vers. hunc autem.

3 In Glossa 1. ibi, Non potest dispensare. Docet Glossa Episcopum non posse dispensare super irregularitatem, de quo Selva de benefic. part. 2. quæst. 3. n. 21. latissimē Perez lib. 4. ordin. tit. 11. l. 13. Glossa 1. post principium vers. Papa tamen, qui nostrum textum refert, & de materia vide Cavall. quæstiōne 227. per totam.

CAP. Mitor. V.

S V M M A R I V M .

- 1 Occidens paganum, homicida est.
- 2 Clerici appellantur nobiles.
- 3 Clerici an possint hortari in bello?

Ibi paganū occiderit. Sive sponte, sive in bello, ut notat Archidiac. in præsenti, quem sequuntur Turrectem. num. 5. Præpos. num. 2. nisi alijs periculum vitæ evadere non posset Clem. Si furiosus, de homicidio, & collige quod interficiens paganum potestate privata, homicida est, & agit contra præceptum Dei. Non occides, ut colligit Præpos. num. 1. Turrectem. num. 6.

2 Ibi, Militibus ecclesiæ. Ergo cū militia nobilitet l. 2. in principio. C. de primicerijs lib. 12. ibi. Praclaram nobilemque militiam, l. penult. C. de palat. sacrar. largit. ibi, Militari dignitate, eodem lib. iam sequitur ordinem clericatus nobilitate, & clericos haberi pro nobilibus. Hostien. & Ioann. Andr. in cap. eo libentius, in verbo, militia, dæ servis non ordinandis, ubi Bellamera notabile. l. Ancharr. & Cardin. post principium, Butrius, & Panormit. in fine, Alciat. in cap. cum non ab homine, col. 6. vers. Primo, de iudicijs refert alios Tiraguel. de nobilit. cap. 9. num. 1. qui nostri textus meminit.

In Glossa verbo, Militare. Docet ^{Glossa} quod licet clericis, non possint pugnare: possunt tamen in bello hortari ad defensionem, de utroq; vide quæ latissimē scripsimus ad principium. dist. 21. num. 6. & sequentibus.

CAP. De his. VI.

S V M M A R I V M .

- 1 Quis se defendendo, occiderit paganum, an sit irregularis?
- 2 Gregorius Lopez nostram Glossam sequitur.
- 3 An contrahat irregularitatem, qui ad propriam defensionem invasorem occiderit?

In textu. Collige ex Decreto Nicolai Ponif. quod qui se defendendo, paganum occidit, debet carere sacerdotali officio. Intelligetamen textum procedere, quod mors secuta est sine moderamine inculpatæ tutelæ; tunc enim solum irregularitas incurrit, iuxta textum in cap. signifi. casti, in 2. ad fin. homicidio, & sic textus, noster decidit in principio, non unum, sed plures clericos occidisse, & in super paganum non paganos; unde videtur constare quod licet se defendendo occidisset, non tamen verificatur moderamen inculpatæ tutelæ in illo principio; quod requiritur ad vitandam irregularitatem, sic alias explicabis. Trid. seß. 14. cap. 7. de reformatione, ibi, Vel vimui repellendo; pro ut intelligit Navarr. conf. 37. n. 2. de temporibus ordinationum, & conf. 8. de homicidio edition. 1. Suar. de censur. disp. 46. sect. 1. num. 1. Potest etiam dici ex nostro textu, in vers. verum stante dubio de prædicto moderamine, non quidem præceptum, sed solū consilium continere in abstensione ministerij divini, patet ex eodē textu ibi, Sibi consuluit, & ibi, Satius, quæ quidem verba consilium importare videntur, quidquid involvat Maiolus lib. 4. de irregularitate cap. 48. numer. 9. Adde posita ad cap. si quis viduat, 8. numer. 3. infra hac eadem distinctione, & vide Covar. in Clement. si furiosus 2. part. 9. 3. num. 4. vers. hoc ipsum, qui textus meminit.

In Glossa 1. Post principium.

Docet Glossa, committentem homicidium non posse ad superiores ordines ascendere, posse tamē in iam suscepitis tolerari, sequitur,

Kk

Greg.

Gregor. Lopez part. I. tit. 6. l. 16. Glossa ult. allegat Glossam similem in cap. sicut dignum, vers. fin. de homicidio.

3 In eadem Glossa post mediū in vers. si vero. Controvertit Glossa, an contrahat irregularitatē, qui ad eius necessariam defensionem suum occidit invasorem. Vide (ultra doctores quos refert Glossa) *s. Thom. 2.2. q. 57. art. 7. afferētē, irregularē esse eum, qui ad necessariam defensionē aggressorem occiderit, sed iam veterum controversia sopita est ex Clem. si furiosus, tradit latē Covar. ibidem. 3. par. §. unic. in principio, qui nostre Glossae meminit, & inde constar nō esse irregularē qui dicto modo occidit.*

CAP. Si Episcopus. VII.

S V M M A R I V M.

1. Pœna clericī, qui litteras falsaverit.
2. Pœna clericī, qui falsum testimonium dixerit.
3. Dic̄io quandiu quid significet?

IN textu, ibi, Chartā falsaverit. De pœna clericī falsificantis litteras Pontificis, aut alterius Principis, vel episcoporum, vide quæ scripsimus ad cap. in memoriam 3. n. 11 supra dist. 19. Adde Perez lib. 8. ordinam. tit. 19. l. 22. Glossa 1. Azeved. lib. 8. nova recopilat. tit. 17. l. 3. num. 14. qui vterq; nostri textus meminere.

2 Ibi falsum testimoniū dixerit. Debet igitur clericus qui falsum testimoniū dixerit, ab officio deponi & in monasterium detrudi, de quo latē agunt Abb. in cap. I. de criminis falsi Covar. in cap. Quāvis pactum 1. p. §. 7 num. 6. Bernard. Diaz in praxi cap. 93. verbo, falsi testimoniij rei, qui nostrum textū refert, ubi Salzedo littera A. multa cumulat; quod tamen limitant præcitat Doctores, quando falsitas nociva non fuit; Glossa in l. damus, verbo, privatas C. de falsis Bart. in l. 1. §. ulti. ff. de falsis Afflict. decis. 21. num. 13. quam opinionem fatetur cōmūnē: Menoc. de arbitr. lib. 2. casu 306. n. 22. Salzed. ubi proximē vers. excusabitur, qui alias quatuor limitationes ponit.

3 Ibi, Quandiu vixerit. Id est quādiu, etiam si decies mille anni effluxerint, ut ponit Glossa 1. in Clement. Quādiu de appellat. tradit. Abb. in cap. tua, num. 7. de pœnis, qui nostri textus

meminit, licet Glossa ult. vers. sed, in cap. dictū. 81. dist. dicat hoc esse in arbitrio iudicis.

CAP. Si quis viduam. VIII.

1. Contrabens cum vidua est irregularis.
2. Non solum qui occidit, sed qui præcipit, aut consulit est irregularis.
3. An occidens ob propriam defensionem sit irregularis?
4. Ratum habens homicidium, an sit irregularis?
5. An occidens ante baptismum; sit irregularis?

IN textu, ibi, Viduam duxerit. Igitur censetur irregularis, qui viduam, aut repudiata, in uxorem acceperit, ut notatur in cap. ult. nuper, de bigamis tradit Abb. in c. 1. n. 1. eodem tit. vide Covar. in Clem. Si furiosus, p. 1. §. 2. n. 2. vers. secundo, qui nostri textus meminere. Adde quæ scripsimus ad cap. si quis viduam, 15. n. 2. supra dist. 34.

In textu, ibi, Præcepto, aut cōsilio. Collige non solum qui homicidium committit, sed etiam qui præcipit, aut consulit esse irregularē Abb. in cap. ex intenti, num. 4. ad fin. de excessibus pralator. Covar. in Clem. Si furiosus, 2. p. §. 2. numer. 1. Tertius de vero clericis lib. 2. cap. 20. à num. 4. Gom. 3. tom. cap. 3. nu. 43. qui omnes nostrum textū adducunt. An autē hæc irregularitas contrahatur, quando quis cōsilium dedit ei, qui nihilominus homicidiū erat facturus? vide Glossam in cap. sicut dignum, §. qui verū de homicidio & in cap. Nuper. de sententia excommunicationis, Glossa in, §. Ope, instit. de obligat. que ex delicto nascuntur, textas optimus in l. saepe, ff. de verb. significat. & in l. non solum, §. si mandato vers. Atticinus, ff. de iniur. latē Covar. dicto num. 1. Adde tamen quod licet mandans non teneatur postquam revocaverit mandatum, consulens verū non excusat, licet revocaverit cōsilium, sed oportet omnino facere quod homicidium nō sequatur, cuius rationem tradit optimus. Comes, ubi proximē, num. 44.

Ibi, Aut defensione. Et sic apparet quod homicidū ob defensionē sufficiens est ad contrahēdā irre-

irregularitatem, quæ verba repetuntur in cap. 2. de clericis pugnat. in duel. sed optimè Glossa, in praesenti. verbo, defensione addit inevitabilis, in quo sentit tunc solum sequi irregularitatem, quando homicidium ad defensionem necessariam non fuit, ponderat eleganter Suar. de censuris disputat. 46. sectio. 1. & 2. Adde posita ad cap. de his, 6. num. 1. supra hac eadem dist.

In Glossa verbo, aut consilio, ibi, gratum habeat. Tenet Glossa quod ratihabitio homicidij non efficit quemquam irregulararem, sequitur Hippol. in singul. 184. Specul. tit. de dispensatione. §. iuxta vers. Quid si agenti, num. 51. post illos Corvar. in Clement. si furiosus, 2. p. §. 1. num. 4. Quidquid. Trotius de vero clero lib. 2. cap. 22. post Felin: in cap. sicut dignum, de homicidio, teneat, hoc non procedere quando homicidium esset perpetratum nomine ipsius, qui ratum habuit.

In Glossa verbo, post baptismū. Docet Glossa quod si ante baptismum quis occidit non peccando, ut iudex, in eo casu esse irregularem, secus vero, si peccando, sequitur Albertin. de agnoscend. quest. 25. num. 42. Vivald. in Candelabro, 1. p. de baptismo num. 44. vers. sextus, sed quod in utroque casu cesseret irregularitas docet Corvar. in Clement. si furiosus 1. parte, §. 2. nu. 5. Abb. num. 16. & alij in cap. Gaudemus de divortijs. Sylvester, verbo, irregularitas, num. fin. & verbo, baptismus 6. post principium, quorum sententia anterior, & receptior est quia videtur incredibile melioris conditionis esse in hoc peccantem quam non peccantem cum aliqui indecentia quæ ex effusione sanguinis contrahi potest, non minor sit in uno quam in alio: ideo consequenter loquendo id deem utroq; casu dicendum est. Suar. de irreg. disp. 44. sect. 3. num. 2. ubi Glossam praesentem citat, & ratio est quia iura imponunt irregularitatem propter homicidium, patrum post baptismum, ergo non erit ultra extendenda hæc irregularitas.

CAP. Pervenit. IX.

S Y M M A R I V M .

1. Que crimina digna sint depositiones?
2. Diclo Omnipotens quid significet?

In textu, ibi. In peccatum carnis. Indicat textus sufficere fornicationem ad deponendum sacerdotem; sed meo iudicio textus debet intelligi de stupro, incestu, adul-

terio, & de alijs criminibus adulterio maiori bus, ut insinuat Glossa in praesenti sà in Aphorismo confessariorum, verbo, depositio, numer. 1. qui nostrum textum refert, & quando infligatur pena depositionis, docet Glossa, in summa, 15. q. 8. Adde polita ad cap. sacerdotes 33. numer. 2. infra hac eadem dist.

Ibi, Omnipotens. Quæ dictio est præcisata, & importat idem quod per omniem modum Iason in l. liber homo, nu. 2. de verbis obligat. & in §. Curare. num. 4. inslit. de actionibus. Abb. in cap. conquestus, num. 4. de foro compet. Tiraquel. in l. si vñquam, verbo, Revertatur. num. 73. cum sequentibus, & vide cap. ex eo de electione lib. 6. & cap. cum contingat, de rescriptis, ubi Glossa exposuit, nullo modo, & in cap. licet, Canon. de electione in 6. ibi Careat omnino id est absolute, ipso iure, omnino ubi Archidiac. citat. plures textus ad hanc rem. Felin. in cap. ex parte in 1. de officio delegati in principio; ubi quod hæc dictio omnino habet novem significationes; de quibus multa tradunt Ruinus cons. 133. vol. 2. num. 8. Tiraquel. ubi proxime. Roland. à Valle cons. 84. n. 24. lib. 1. Matienzo. lib. 5. Recollect. tit. 1. in Glossa 1. Rubricæ, ex num. 39. Hoieda de beneficio, 2. part. cap. 1. num. 4. Menoch. cons. 1. numer. 21. & cons. 2. num. 255. plura congerunt. Cardinalis Tusculus tom. 2. littera D. conclusione 322. Cened. singular. 71. quos videbis. Adde quod de dictione omnino notavimus in cap. si post 12. num. 2. infra hac eadem dist.

CAP. Accedens. X.

S Y M M A R I V M .

1. Episcopus an possit mutare penitentiam a Papa impositam?
2. Gorgona & Capraria Insulae.
3. Infamis an possit esse procurator?
4. Percutiens clericum degradatum, amanciat excommunicatus?
5. Degradatus clericus an conficiat Eucharistie Sacramentum?

In textu ad medium, ibi, In tua fraternitatis potestate.

Igitur Episcopus ex causa potest mutare penitentiam a Papa impositam, ut notat Glossa in praesenti verbo, in tua Glossa similis in cap. tempora verbo, Tuus iudicio, 16. questione 7. quam dicit singularem Romanus singul. 454. & cons. 428. & esse communiter receptam firmat Navarr. in Manual. cap. 26. numer. 22. Tiraquel. de penit.

in prefat. numer. 26. Menoch. de arbitra. casu. 391. num. 7. licet centrum teneat Glossa 2. in cap. 2. de sortilegijs, Glossa ult. vers. Nuncquid, in cap. cum P. de accusat. de quo vide Cened. ad Decretum Collectan. 40. num. 1.

- 2** Ad fin. textus, ibi, Gorgona, atque Capraria. Insulæ sunt, quæ adiacent Italiae in Ligustico pelago de quibus agit Ptolomeus lib. 3. Geographia cap. 1. Gorgona olim Orgos vocabatur, distat à continente triginta fere millia passuum occidente versus. Capraria naufragiorum multitudine infamis propter humilitatem situs, non enim procul navigantibus appetet, antiquum adhuc retinet nomen, Græci Egilon. dixerunt, ab Gorgona triginta millia passuum, ad Notum ventum à continente proprius. 50. distat; vide Marium Nigrum lib. 7. Geographia in situ regionis. Eturia, fol. 155.

- 3** In fine textus, ibi, De monasterijs gerere. Notat Tiraquel. de nobilit. cap. 30. num. 6. & per illum docet cum Glossa ult. in præsentii. officium procuratoris posse gerere infantes, quod limitat non procedere in procuratoribus illustrium personarum, & Episcoporum, & aliorum eiusdem generis, quem late videbis. Consule etiā quæ de procuratoribus, quos alio nomine dicimus advocatos Barbosa ad ordinat. Lusitan. lib. 1. tit. 48. §. 25.

- 4** In Glossa verbo, Presbytero, ibi. Qui percutit ipsum. Docet Gloss. in prima opinione, quod percutiens clericum degradatum, incurrit excommunicationem, quam dicit singularem. Hippol. singul. 107. & singul. 179. similis Glossa ult. in cap. ad abolendam, de hereticis late Perez. lib. 1. ordinam tit. 3. l. 1. col. 17. vers. procedit etiam fol. 61. Tu intellige cum Suar. de censur. disp. 22. sect. 1. num. 6. & sequentibus. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 26. num. 8. &c. 9.

- 5** In eadem Glossa in fine, ibi, Nec credo quod conficiat. licet Glossa, teneat quod clericus degradatus non possit Eucharistiam consecrare, quæ fuit opinio antiquiorum, quam etiam tenet Glossa ult. in cap. 2. de paenit. in 6. Contrarium tamen tenendum est. cap. quod quidam, 97. 1. quest. 1. Glossa in cap. 2. de clero excommunicato. D. Thom. 3 p. q. 82. art. 8. Peres ubi proximè. Castro, & alij, ex quibus communem resolvit. Covar. 1. variar. cap. 10. num. 8. & communem esse Theologorum afferit. Viwaldus in Candelabro. Ecclesiæ de Sacramento Eucharistie, num. 58. Multi de quibus late Cened. ad De-

cretales collect. 65. num. 4. meritò reprehendentes contrariam sententiam.

CAP. Postquam. II.

S V M M A R I V M.

- 1** Canonici inter tres menses Episcopum eligere debent.
2 Dictio ultra quid significet? & nu. 3.

I N textu, ibi, Ulta tres menses. Collige ex textu debere canonicos intra tres menses Episcopum eligere, qui quidem dies computari incipiunt, non à die vacatis ecclesiæ, sed à die qua innotuit, canonicos vacatio ecclesiæ. Item hi dies minimè numerantur, si canonici fuerint legitimè impediti, ut tradit Glossa in præsentii, de quibus vide latè Azor p. 2. lib. 3. & cap. 28. vers. sexto queritur. Addit textū in cap. ne pro defectu. 41. de electione, & in cap. quamquam 18. eodem tit. lib. 6. vbi Glossa, verbo, tempus, nostrum textū citat Gregor Lopez par. I. tit. 5. l. 10. Glossa 4. latius in l. 17. Glossa 3. & Glossa 5. ubi tenet posse per statutum capituli hunc terminum abbreviari, citans Decimum conf. 214.

In textu, ibi, Ulta. Quæ dictio importat inclusionem, ut si ultra dolia legatur vinum, videntur etiam dolia legata, & si maritus ultra dotem aliquid leget uxori censetur legare dotem, & legatum, Bart. in l. cum ita in quæst. fin. ff. de doce prælegata Azeved. ad Curiam Pisanam lib. 5. cap. 6. n. 128. Osacus decis. 52. nu. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. Glossa 11. num. 68. hanc esse communem opinionem, firmat Dec. in l. actione, num. 9. Ced. de transactionibus: limita quod includat tantum usque ad prohibitionem ut est textus in cap. non nulli, de rescript. in principio, ubi Pontifex prohibet aliquem trahi in iudicium ultra duas dietas; certe usq; ad duas dietas censetur permettere, idem in cap. statutum. §. cum verò, & §. cum autem egdem. tit.

Aliquando tamen, ista dictio Ulta importat exclusionem Rebus. in concordat. in Rubr. de collationibus, §. præsatig; Ordinarij in verbo, Ulta, Guilielmi. in cap. Razunt. verbo, Alterochæ filia, num. 7. affirmantes, quod quando additur rei, à iure prohibitæ, vel quando absonus resultaret intellectus excludit, & non includit, ut etiā tradit Glossa in Clement. 1. verbo, facere, de usuris, dicens quod si statuto caveatur, quod nullus accipiat pro usura ultra duos denarios pro libra in mœstr.

in mense, statutum nō videtur permettere usum, quoad duos denarios, cum omni iure sit prohibita, vide latè Cardinal. Tuscum. tom. 2. littera D. cons. 395. Cened. singul. 40. qui alias significaciones adducunt.

CAP. Si post ordinationē. XII.

SUMMARIUM.

- 1 *Dictio. Omnimodo, quid significet?*
- 2 *Pænitens, peracta pænitentia, dicitur dispensatus.*
- 3 *Tiraquel. nostri textus meminit.*

Post principium textus, ibi, *Omnimodo.* Quæ dictio denotat præcisam voluntatē, & habet vim decreti irritantis, *Tiraquel.* in l. si unquam. *C. de revocand. donat.* verbo, *Revertatur,* num. 88. Quod non procedit, quando habet secum adjunctam conditionem; vel voluntatē. *Rota novissima, decis. 28. nu. 3. p. 2.* *Tuscu. tom. 2. littera D. cons. 320.* sed licet ista dictio *Omnimodo* sit præcisa, nihilominus congruam recipit interpretationem à iure communi. *Roland. cons. 61. vol. 2. num. 55.* & *cons. 75. vol. 3. num. 21.* *Bald. in l. fin. in 1. col. C. de contrab. empt. per l. stipulatus sibi dannum, cum Glossa, & ibi eam ad hoc notat Bart. & Iason de verborum obligat;* vide latè *Cened. singul. 71.* & quæ notavi de dictione, *omnino, in cap. pervenit. 9. num. 2. supra hac eadem distinct.*

Ibi, licite administrare. Igitur pænitens peracta pænitentia, dicitur à iure dispensatus, ut possit promoveri, notat ex hoc *textu, Decian. tract. crimin. lib. 5. cap 54. n. 16.* quod tamē ipse auctor limitat, num. 17. procedere de iure antiquo, multa enim tunc concedebatur propter infantiam ecclesiæ, quæ nunc non conceduntur.

In textu, in §. è contra, ibi, Maria soror Aaron. Notat *Tiraquel. de iure primogen. quæst. 34. num. 29.* & per illum docet quod cum agitur de amissis per peccatum, restituendis per gratiam debet restitutio plenissimè intelligi; quia Deus opus imperfectum non novit.

CAP. Ioannes. XIII.

SUMMARIUM.

- 1 *Lapsi post ordinem, habita condigna pænitentia, sunt restituendi.*

In textu. In quo Palea congerit exempla, quibus probat quod muliti Episcopi, à suis gradibus electi, sunt post modum restituti, quod colligit ex epistola Cyrilli, ad Joann. Antioch. Episcopum, ut tradit *Iuo Carnoth. Panormia cap. 32.* ubi plura alia exempla adducit, ut observavit. *Turicrem. in presenti,* sed ex his quæ in hoc cap. referuntur aliqua longe post *Cyrillum contigerunt,* ut docuit additio Gregoriana, & tradit. *Bruchardus in suo Decreto lib. 1. cap. 233.* ubi nulla de *Cyrillo* in superscriptione fit mentio.

CAP. Ponderet. XIV.

SUMMARIUM.

- 1 *Bartolus nostri textus meminit.*
- 2 *Responsio in continenti facta potest revocari.*
- 3 *Sententia est nulla, quam iudex profert intra paucos dies.*
- 4 *Homo lapsus, fraterno affectu debet corripiri.*

In textu. Ponderat Bart. in tractatu inter Virginem Mariam, & Diabolum in principio.

Post principium textus, ibi, Tempore indigemus. Ergo responsio in continenti facta, nullo dato spatio ad deliberandum, potest quandocumque revocari, ut post *Geminian.* & alios, tradit *Felin. in proæmio ad Decretales, nu. 1.* & 2. post alios *Decian. respon. 8. num. 15. vol. 1.* qui uterque nostri textus meminere, & vide quæ scripsimus ad cap. 1. num. 2. supra distinctione 29.

Post principiū textus, ibi, Nec præcipitemus consilia. Igitur iudex, qui præcipitanter, & intra paucos dies fert sententiam, dicitur talis sententia nulla, & non valet propter brevitatem temporis, ut tenet *Geminian. in presenti.* *Perez lib. 3. iii. 4. lxx. ordinam, Glossa 4.* & voluit Bart. in l. priolatam in fine Cod. de sententijs, & interlocut. nam. 10. ubi pro hoc allegat texum in cap. cum ex litteris, de integrum restitu. & ibi. additio

additio littera M. ampliat, etiam si sententia sit lata in praesentia Pontificis, aut Imperatoris, citans Alciat de presumpt. reg. 3. presumptione 9. nn. 23. Grammat. decis. 15. nn. 14. & alios, optimè Hippol. in l. statuliber, numer. 10. & 11. ff. de questione multa congerit, Felim. in cap. ecclesia, num. 35. de constitutionibus, qui ambo nostrum textum ponderant.

- 4 In vers. sed si aliquis. Docet *Calixtus* quod si homo lapsus fuerit, eum fraterno corripamus affectu, melius est enim per hunc modum peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per austoritatem in foveam perditionis propellere nutantes, ut habetur in cap. recedere, supra dist. 45. plura cumulat *Palatinus* in allegat. heresis, §. 4. col. 2. qui nostri textus meminit sapientia ergo in corrigendos plus agit benevolentia, quam austoritas, plus charitas quam potestas, plus exhortatio, quam cōminatio, ut exclamat *Paulus Fuschus de visitat.* lib. 1. cap. 3. n. 19. qui textum refert.

CAP. Et purgabit. XV.

SUMMARY.

1 Sacerdotium est dignitas.

2 Dicitio, ut quid significet?

I N textu post principium, ibi, Sacerdotalem dignitatē. Ergo sacerdotes sunt in dignitate constituti, *Glossa* per textum, ibi, verbo dignitas in cap. denique 4. distinct. ubi vide posita, num. 2. *Glossa* in cap. *Sedes de rescript.* & *Glossa* in capit. 3. de clericis non residentibus, ex quo privilegio plures deducuntur effectus de quibus vide late, & eleganter *Perez* lib. 1. *Ordinarii* titul. 3. l. 1. fol. 64. col. 2. & sequentibus, qui nostri textus meminit. Vnde clericus non verbo sed, scripto est citandus, nec debet ei imponi poena ignominiosa, potest etiam litigare per procuratorem nec pro civili debito incarcerari debet, quamvis contrarium sit usu receptum.

- 3 Ad fin. textus: ibi. Ut. Quae dictio causam finalem, ut patet in contractibus in nominatis do. ut facias, &c. *Gomes* in regul. de *Anzinali*, questione 1. num. 2. *Mandosius* reg. 33. questione 3. *Bal. conf.* 106. num. 3. lib. 1. Regulariter etiam denotat modum, & non conditionem. *Decius* in l. *debitori*, num. 12. *Cod. de paclis Molina de priuogen.* lib. 2. cap. 15. num. 28. & cap. 14. num. 40. Aliquando denotat similitudinem l. ut *haret*.

dibus ff. de legat. 2. cap. laudabilem, de f. iigidis, & mafeficiatis. *Fuschus*, tom. 2. littera D. conclusione 402. latissimè Cened. singulari. 20. cum quo prece- quere.

CAP. Quia sanctitas. XVI.

SUMMARY.

- 1 Deus quare dicatur plus gaudere de pœnitente, quam de innocentie?
- 2 Concil. Tridentin. verba nostri textus retulit.
- 3 Difficile est continere, ait *Glossa*?

A D mediū text. ibi, *Gaudeo* i. Dicitur Deus plus gaudere de pœnitente, quam de innocentie, quia plerumque pœnitentes, cautores, humiliores, & feruentiores resurgent, ut exponit *Glossa* in præsenti. Vnde dicit *Diuus Thom.* 1. p. quest. 20. art. viii. ad quartum, quod pœnitentes, & innocentes se habent sicut excedentia, & excessa. Nam siue sint pœnitentes, siue innocentes, illi sunt magis dilecti, qui plus habent de gratia. Ceteris tamen paribus innocentia dignor est, & magis dilecta.

Ad finem textus, in vers. Memento. Quæ verba repetit Concil. Trident. sess. 6. cap. 14. ad fin. de quibus videlicet de *sotto* lib. 2. de natura, & gratia cap. 1. col. 5.

In vers. Quid enim, ibi, Sine quo pauci inveniuntur. Ex his verbis notat, *Glossa* ult. in præsenti paucos sine vitio incontinentiae reperiri; de quo meminit *Gregor. Lopez* part. 1. tit. 6. l. 43. *Glossa* 1. ex hoc inferens pœnam clericorum concubinarij relinquari arbitrio iudicis, ut consideratis circumstantijs, & scandalo inde surgente, apponat pœnam, quandoque monitionis, quandoque depositionis, quandoque suspensionis, quandoque privationis à beneficio, ita tamen quod semper declinet ad minorem partem.

CAP. Quid ergo. XVII.

SUMMARY.

- 1 Pœnitens potest ad majora promoveri.

2 *Advocatus varijs modis potest iura exponere.*

In textu. Collige ex textu poenitentem posse ad maiora admitti; & promoveri, ut multis authoritatibus probat Diuus Greg. in praesenti, & licet sint plura iura, quæ videntur velle, quod lapsi non sunt promovendi, debent intelligi de facili, & de rigore, secus ex benignitate, cap. ipsa pietas, 23. q. 4. prosequitur latè Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 54. nu. 20. Afflict. decis. 36. num. 4. Menoch. lib. 5. presump. 32. num. 36.

2 In Glossa verbo, stans. Contro-
vertit
Glossa quod advocatus varijs modis potest iura exponere. Tu dic quando allegat contraria in diversis instantijs bene auditur, & ita procedit Glossa in primo dicto, secus si vult allegare in eadem instantia, & ita procedit Glossa in 2. part. ut bene advertit Præpos. num. 4. in fine, faciunt quæ tradit Bart. in l. scire, §. final. num. 2. ff. de ex-
clus. iutor.

CAP. Ferrum. XVIII.

S V M M A R I V M.

- 1** Ferrum non debet parvipendi?
- 2** Nulli claudenda est misericordia.
- 3** Filia, quæ peccavit in corpus suum, an si poenituerit, possit exhaeredari?
- 4** Mulier concubinaria, quando præsumatur honesta?
- 5** Non dicitur usurarius, qui iam non exercet usuras, nec meretrix quæ est nupta, nec iudeus, qui est conuersus.
- 6** Hippol nostraræ Glossæ meminit.

In textu, ibi, Ferrum. Licet ferrum non sit de pretiosioribus metallis; tamen non est parvi pendendum, cum multa ex ipso fiant, sine quibus vita nostra aut finiretur, aut per periclitaretur; deinde prima corona Imperialis ex eo construitur in signum fortitudinis, de qua corona videnda est Glossa verbo, Vestigijs in Clem. 1. de iure iur.

2 In textu, ibi, Nō debet despici. Ergo nulli homini claudenda est misericor-

dia, quia post poenitentiam non debet despici in homine quod fuit, ut ex nostro textu pôderat Oldrad. conf. 27. num. 10. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 54. nu. 20. Afflict. decis. 36. num. 4. Menoch. lib. 5. presump. 32. num. 36.

Ibi, Quia iam incipit esse.

Per hunc textum notant multi quod licet filia, quæ peccavit in corpus suum, ipso iure sit exhaeredata, tamen si poenituerit, & ad frugem melioris vitæ fuerit redacta, censetur revocata exhaeredatio. Alex. in l. 1. num. 33. ff. solut. matrimonio, ubi Ripa, num. 71. Bolognet. num. 95. Ias. in l. ius civile, numer. 29. ff. de iustitia, & iure, & in l. in arenam, num. 16. C. de inoffic. testament. Greg. Lop. part. 6. tit. 7. l. 5. verbo, desheredar, quam esse magis communem sententiam afferunt. Horosius in l. 1. §. Ius naturale, num. 18. de iustitia, & iure. Costa in §. & quid si tantum, 3. p. num. 189. Buzatus conf. 215. nu. 9. lib. 2. Hieronym. Gabriel conf. 153. n. 17. Caesar Ursilus in notationibus ad decis. Afflict. 36. num. 2. Contrarium tamen post multa tenet Covar. in cap. Raynunitius in principio, num. 18. Barbos. in l. 1. 4. part. num. 45. ff. solut. matrimon. & ad textum in praesenti respondit agere de poenitentia peccati contra Deum commissi, nam propter poenitentiam remittit Deus culpam peccati, non autem poenam peccati, ut prosequitur Abulens. I. Regum cap. 15. q. 30. Quamvis igitur filia poenitens indulgentiam peccati à Deo cõsequatur; non ob id sequitur quod poena delicti videatur remissa.

Ibi, Quod non fuit. Notat Aze-
ved. lib. 8. tit. 4

19. l. 1. num. 74. noua recopilat. & per illum tenet, quod si mulier concubinaria probaret, quod per tres annos præteritos honeste fuerit conversata, exclusa amicitia, & familiari conversatione concubinarij, non præsumetur continuatus concubinatus, nā præsumptio, quæ originatur ex isto honesto genere uivendi excludit præteritæ malæ vitæ præsumptionem, de quo Menoch. lib. 5. præsumptione 32. numer. 30. & sequentibus.

Ibi, Quod non fuit. Igitur ex pec-
cato iam de-
missio non debet quis despici, circa quod vide
Cagnolum in l. non debet melioris, nu. 5 ff. de regul. iur.
unde inferunt Doctores non posse dici aliquæ
usurarium, si iam dñsierit usuras exercere. quæ
opinionem dicit communem Bart. conf. 40.
col. 7. vol. 3. de quo dubitat. Bart. in l. palam. §. Non
solum, ff. de ritu nupt. vide Cevall. commun. contra
communes, quæst. 537. sic aliæ postquam Iudei
ad Christi fidem fuerint conversi, non debent
verba iniuriosa illis obijci; quia iam non sunt,
quod erant, sed membra Christi; tradit ex no-
stro textu. Perez lib. 1. ordinamenti, tit. 1. l. 9. fol.
34. Sic aliæ qui dixit meretricem mulierem,
que

quæ tempore convicij erat honesta, quamvis velit ostendere antea fuisse peccatricem, teneatur pœna iniuriarum: nam post pœnitentiam, non est amplius de præterito vitio vituperandum. Idem Perez lib. 8, titul. 9. l. 2. Glossa 5. pagina.

230.

- 6 In Glossa verbo, Incipit, ibi,
Quis ad priores. Vide Hippol. in Rubr. de
fide in foribus, num. 220.

CAP. Cum exaudiero. XIX.

S V M M A R I V M.

1 An existens in peccato possit licetè prædicare?

2 Dicitio unde quid significet?

IN textu, ibi, Posse docere. Igitur existens in peccato mortali si populo prædicat peccat mortaliter, cum indigne sacrum officium exerceat, ut observat Præpos. in presenti, vers. Quero. Turrecrem, numer. 1. Nam prædicatio Evangelij, quæ fit ab indigno alijs prodebet, & ei nocet. cap. Omnia. 78. & ibi Glossa 1. q. 1 quia prædicatio verbi Dei in divinis includitur Glossa verbo, ad divina, in Clement. 1. de foro compet. Ceterum verior est contraria sententia, de qua dixi cap. mulier 29. numer. 3. 23. dist.

In vers. Vnde. Quæ dictio importat idein quod, ex qua causa Paul. Castr. Consil. 322. Visis actis in principio lib. 1. ubi quod causam intrinsecā importat Tusch. tom. 2. littera D. conclusione 396.

CAP. Iesus filius. XX.

S V M M A R I V M.

1 Vtrum hereticus pœnitens recuperet dignitates pristinas?

2 Dicitio, ex, quid significet?

3 In quo fuerit typus Iesue filius Iosedeck, Iesus Salvatoris?

IN textu. Cuius meminit. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 54. num. 25. & illud inducit ad questionem. Vtrum hereticus

pœnitens recuperet bona cōfiscata, beneficia, & dignitates pristinas, de quo Brun. de hæret. lib. 3. capit. 7. Simach. de catholic. cap. 47. num. 15. & 16. Adde posita ad cap. cum constitueretur, 25. dist. 50. n. 1. Felin. in cap. aisi clerici. §. de adulterijs, num. 12. de iudicijs. ~~non tam ne~~ effigie

In textu, ibi, Ex gentibus.

Dictio, ex, de sui propria significatione denotat causam proximam, & immediatam, estque relativa præcedentium, ut tradit Ozascus decis. 80. num. 5. Tiraq. eßante causa limitat. 20. nu. 29. Bart. in l. non dubium, num. 23. & ibi Paulus de Castro, nu. 11. & Iason, num. 23. C. de legibus Abb.. in cap. exhibita, n. 3. per illum textum de rerum permutat. & in cap. inter dilectos, num. 4. de fide instrumentorum Monach. conf. 152. num. 42. & conf. 40. num. 3. Aliquando tamen non denotat causam immediatam, sed potius remotam, ut in l. 1. §. incendio, & ibi notat Bart. num. 1. ff. de incendio, raina, naufragio, & in l. prætor ait, §. Quod de fructibus, & ibi Bart. n. 2. ff. de bonis autoritate iudicis possidend. Tiraq. us. satis causa, limitat. 20. num. 30. Idem videntur tenere Bald. num. 4. vers. Quero quid, & Paulus de Castro. in l. 1. num. 6. C. de condit. insert. ubi aiunt quod si testator gravat filium suum, si decelerit sine filiis ex proprio corpore procreatis, & ille decedat cum nepote ex filio, non censetur gravatus, resert alios Cened singula. 30. n. 1. & 2. cum quo numeris sequentibus prosequere, circa alias significaciones. Tusch. tom. 2. littera D. conclusione 274.

In Glossa verbo, In typo.

Dicit ^{Glossa} quod Iesus filius Iosedeck. typice, & figurative præcessit salvatorem nostrum, quia sicut ille recepit alienigenam in uxorem; ita Iesus Christus sibi copulavit alienigenam uxorem, scilicet gentilem ecclesiam, item potest dici quia præcessit in officio, & opere; officio quia uterque sacerdos, fuit enim sacerdos, magnus secundum ordinem Melchisedech; opere, quia ille populum Israeliticum de captivitate Babylonis reduxit in Hierusalem, & Christus de captivitate peccati, & Diaboli, populum suum liberavit, ut observat Præposit. & Turrecrem. in presenti. Legè scribentes ad cap. 1. Agai propheta, & ad cap. 6. numer. II. Zacharie.

CAP. Contumaces. XXI.

S V M M A R I V M.

1 Peregrina communio quæ dicatur?

2 Matris

- 2 *Matricula, in qua nomina clericorum scribebantur.*
- 3 *Alio modo puniuntur clerici minorum ordinum, alio maiorum.*
- 4 *Clericus excommunicatus, aut suspensus, an possit repetere fructus? & num. 5.*

IN text. ibi, Peregrina cōmunio.

Quod *Glossa* intelligit de cōmunione laica, quae permititur tantum in fine vitæ, quando cōperit ex hoc mundo peregre proficiisci iuxta textū in cap. 2. de electione, vel potest dici peregrina communio, quod clerici peregrinentur, & separantur à communione aliorum fratrum, quoad eorum mensam, & beneficium, & officium, hoc est suspendantur ab officio, & beneficio ecclesiæ, ut advertunt *Præpos.* in præsentis, n. 1. *Turrecrem.* num. 3.

- 2 **Ibi, In matricula.** Alludit ad antīdinem, olim enim omnium clericorum nomina scribebantur, quæ per singulos dies Dominicos in capitulo recitabantur, & quando aliquis erat depositus, nomen eius radebatur, quando vero erat excommunicatus, supprimebatur. cap. nomen, 2. quæst. 1. ubi *Glossa* 1. advertit *Turrecrem.* in præsentis, numer. 3. in fine, post alios *Sairus* in thesaur. cas. conscient. lib. 5. cap. 20. n. 10. Sic alias matricula pro catalogo, descriptione, indiceque, ab Imperatoribus usurpatur in l. 3. C. de agentibus in rebus. lib. 12. Matricula fori in l. petitionem l. 3. C. de advocat. diversor. iudiciorū. Matriculæ militares pro numeris, *Veget.* de remuntrari. lib. 2. cap. 6.

- 3 **In Glossa I.** Docet *Glossa* alio modo esse puniendos clericos minorum ordinum, & alio maiorum, de quo. Vide *Greg. Lopez.* part. I. titul. 5. l. 56. *Glossa* 6. & 7. *Gutierr.* lib. 2. canonist. cap. 4. n. 64.

- 4 **In Glossa ultima.** Cōtrovertit *Glossa* an clericus possit repetere fructus perditos? Tu resolve quod quidam sunt fructus deputati pro interessentibus officijs divinis, & tales fructus clericus suspensus, vel excommunicatus non recuperat, sed alijs interessentibus accrescunt, *Glossa* verbo, pars dimidia. in *Clem.* 2. de aitate, & qualitate, & in *Clement.* 2. verbo suspensus de vita, & honestate clericor, & ratio est, quia illi fructus non darentur etiam non suspenso, si non interesset divinis, cap. 1. de clericis non residentibus lib. 6. observat *Turrecrem.* in præsentis, nu. 1. vers. Respondeo. Quod videtur limitandum nisi suspensio, aut excommunicatio fuisse iniusta, probato quod tempore excommunicationis præsens fuerit in loco, ubi beneficium habebat, eratque soli-

tus divinis officijs, ante excommunicationis impedimentum, adesse, ut post *Ioann. Andr.* & *Ancharr.* notavit *Præpos.* hic, num. 4. post principiū. *Covar.* lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. vers. Duodecimo, *Felin.* in cap. *Apostolica*, num. 12. de except. post illos *Gutierr.* lib. 1. canon cap. 1. num. 137. *Cened.* quæst. 1. num. 42. 47. & 48.

Si fructus tamen non sunt tantum deputati, pro exercitio, & interessentia divinorum: tūc aut clericus fuit iniuste excommunicatus, vel suspensus, & in tali casu recuperat fructus inde temporis, ut est casus secundum unum intellectum in cap. super causa 2. quæst. 5. & ibi *Glossa* ult. aut clericus fuit iuste excommunicatus, aut suspensus, & tunc non recuperat fructus, nisi exprimatur in sententia quod fructus sibi restituantur *Glossa* in d. cap. super causa. *Præposit.* hic, num. 4. ad med. *Turrecrem.* num. 1. ad fin. & vide late de materia *Covar.* lib. 3. resolut. cap. 13. n. 8. vers. Duodecimo *Gutierr.* canonic. lib. 1. cap. 1. num. 135. & sequentibus, qui nostri textus meminere *Moneta de distributionibus quotidianis.* 2. part. quæst. 15. à num. 32. Quomodo autem, & quia via debent tales fructus recuperari? Vide *Gutierr.* ubi proximè num. 136.

C A P. Si quis presbyter. XXII.

S V M M A R I V M.

I. Pœna delapidantium bona ecclesiæ.

2. An pœna nostri textus sit irregularis?

IN textu. Collige ex textu delapidantes bona ecclesiæ à dignitate esse removendos, textus similis in cap. 2. circa fin. de statu Monachor. latè tradit *Bernar.* *Diaz.* in practica verbo, bona ecclesiæ delapidantes cap. 71. ubi nūl. nostri textus meminit, Adde alias pœnas nempe delapidantes esse excommunicatos, textus in cap. si quis presbyterum, & in cap. omnes ecclesia. 17. quæst. 4. Alia est pœna sacrilegij, ut probat nostre textus, & tradit *Rebus.* in compendio alienat. bonorum ecclesiæ, num. 108. Alia est pœna periurij, eo quod beneficiati jumento promittunt non alienaturos se bona ecclesiarum, dicto cap. si quis presbyterum, cap. prohibemus, de cœsis. Alia est pœna, quod talis alienatio est nulla, cap. sine exceptione, 12. quæstione 2. & res alienata ad ecclesiam restituitur, nullo dato pretio cap. 1. de schismat. de quibus omnibus agit eleganter, *Salzed.* in additionibus ad *Bernard.* d. cap. 71.

In tex-

- 2** In textu, ibi, In ordinatione ecclesiastica nō haberi. Igitur propter crimen sacrilegij irregularitas incurrit, ut tradit. Maiolus lib. 5. de irregularitate cap. 30. Salzed. in addit. Bernard. verbo, sacrilegij cap. 87. littera A. in principio. Sed melius noiter *textus* intelligitur de quadam depositione accommodata delicto, nimirum quod clericus removeti debet ab administratione rerum ecclesiasticarum, vel etiam de depositione, aut suspensione ab ordine, si crimen tali pena dignum fuerit iudicio Episcopi, cui totū hoc negotium committitur, ut advertit. *Suares de censur. disputat.* 63. sess. 4. num. 6.

CAP. Benevalet. XXIII.*S V M M A R I V M.*

- 1** Diversum, an possit dici contrarium?

IN textu, ibi, Diversa sentiant. Nota quod data diversitate hominum, datur diversitas opinionum, cap. quia diversitatem, de concessione præbende, & ibi, *Glossa* 1. multa adducit, collige etiam quod quandoq; dicitur diversa opinio illa, quæ est alteri contraria, licet proprie loquendo id, quod est diversum non dicatur contrarium, ut est *textus* in cap. cum *Apostolica*, vers. *authoritatis*, de ijs, quæ sunt ap̄alatis, advertit *Preposit.* in presenti, numer. 1.

CAP. Sacerdotes. XXIV.*S V M M A R I V M.*

- 1** Quid sit argumentum?
2 Præpositio Ab, quid significet?

IN textu, ibi, Argumentum habemus. Nota quod argumentum est assumptionis probabilis rationis, ex aliqua autoritate ad aliud dubium decendum facta, de quo vide *textum* in cap. *forus*, §. *iurium*, vers. *argumentum*, de verborum significat.

- 2** Ibi, Ab ipso. Quæ præpositio importat exclusionem, quan-

doque inclusionem, quandoq; separationem; Alex. in l. 1. nn. 17. & 18. ff. Si quis cauio. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. *Glossa* II. num. 51. Aliquando idem importat quod dictio contra l. commissa, ff. de publicanis, ibi, ab hereditibus, hoc est contra hæredes, aliquando importat idem, quod dictio ob ut in l. unica C. si quis Imperatori maledixerit, ibi ab iniuria, hoc est ob iniuriam, plures alias significations tradit latè *Tusculus* tom. I. conclusione I. num. 47. & sequentibus.

CAP. Ut cōstitueretur. XXV.*S V M M A R I V M.*

- 1** Lapsus in hæresim an possit reconciliari per Episcopum?
2 Concil. Trident. verba nostri textus refert.
3 Contritio est propter Dei amorem, non propter infamiam, aut honorem.
4 Dispensatio, an solum fiat propter utilitatem publicam?
5 Severitati detrahitur propter scandolum.
6 Rigor ius, & dispensatio, differunt inter se.

IN textu. Notat *Navarr. cons.* 1. de constitutionibus, num. 41. editione 2. & per illum docet lapsum in hæresim, vel schisma posse ecclæsiæ reconciliari, & quod in terris, in quibus habetur consuetudo præscripta, ut lapsi ob hæresim, vel schisma reconcilientur per episcopos, poterunt reconciliari per eos, non obstantibus iuribus antiquioribus, quæ cum sint leges humanæ, possunt consuetudine contraria tolli, quod latè probat. Adde posita ad cap. *Iesu* 20. num. 1. supra hac eadem diff. & *Glossam* ult. in cap. *Si quis* 22. supra hac eadem diff. *Decius* in cap. *arts. clerici*, §. *de adulter.* num. 6. & *l. de iudicij.*

In textu, ibi, Quæ solvetis in terra. Vide *Concil. Trident.* sess. 14. cap. I. post principium, & sess. 25. in decreto de indulgentijs in principio.

In textu circa finem, ibi, Aliorum fictas poenitentias. Debet autem peccator habere magnam contritionem quia Deum offendit, nam si ex alijs causis doleret, propter infamiam forte, vel amissi-

missionem honoris, aut bonorum, non est
digna pœnitentia, ut per hunc iextum latè re-
solvit Gregor. Lopez partit. I. iii. 4. l. 23. Gloſſa. I.

Ad fin. *textus in vñct. verum,*
ibi, Populorum strages. Igitur dis-
pensatio nō
est facienda, nisi utilitas publica vertatur, aut
quia fādalū vitetur, aut ecclēsiæ multò utilior
sit; quia bonū commune nō privato ponderat
ex D. Augustin, ut videtur tenere *Glossa in præsen-*
ti, verbo, detrahendam, dum ait dispensationem
quandoque esse debitam, ubi multorū strages
iacet: & tenet Abb. in cap. *ans tlerici*, §. de adulter,
num. 20. & ibi *Decessus à num. 16.* sed meritò, con-
trarium docet Sanch, de matrimonio lib. 3. disp. 10.
num. 6. Nac obstat noster *textus in p[re]senti:* nā
Diversus Augustin, non intendit ob solum bonum
commune concedendam esse dispensationē,
sed non omnes p[re]nitentes admitendos esse
ad ordines, ne spe veniæ p[re]nitentiam singāt,
faciliusque delinquant, ut bene solvit Sanch.
ibi proximē numer. 7. ad fin. Adde posita ad
cap. *Domino sancto. 28. infra eadem distinctione nu-*
mer. I.

In fine textus, ibi, Detrahendū severitati. Igitur severitati disciplinæ detrahitur propter scandalum, vel quando multitudo deliquerit, ut ex nostro textu deducunt Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 50. Glossa 2. & part. 3. titul. 18. l. 50. Glossa 5. latissimè Tiranguel. de pœnis. temperandis, causa 47. Adde posita ad cap. commissiones, numer. 5. supra distinctione 44.

In Glossa verbo, detrahendū
ad medium vers. & nota. Docet
quod aliud est rigor, aliud est vis, aliud est
dispensatio, de quo vide Tiraquel. de retract. Lig-
nag. §. 35. Gloss. I. num. 9. latè Motla in emporio in-
nis sit. de legibus quæstione 10. num. 27.

CAP. Absit. XXVI.

S V M M A R I V M.

Olim Episcopus Papa dicebatur.

² Margareta Thome mori filia litteram
textus restituit.

30. Misericordia non est semper sequenda?

4 Medici quando puniantur.

Digitized by srujanika@gmail.com

IN superscriptione, ibi, Missa
Papæ Cypriano. *Glossa* in præsenti
dicit non inveniri
in chronicis, quod aliquis Papa dictus sit
Cyprianus; & verè dicit ut constat ex *Platina*,
Genebrardo, *Panvino*, & *Baronio*, *Bellarmino*, & alijs;
unde autem hic esse mendosam litteram, &
in cap. de eo. 35. infra eodem, sed immerito
Glossa Gratianum carpit quia fideliter transcrips
sit nostrum texum ex lib. 2. epistola 7. *Divi Cypriani*
Episcopi. Carthaginensis, quæ sic habet intercip
tio **Cypriano** Papæ presbyteri, & Diaconi Romæ con
sistentes salutem. Observavit Pamelius in annolatio
nibus ad **Cyprian.** tomo primo Epistola 31. Deinde
Papæ nomen priscis temporibus accommo
datum fuisse alijs Episcopis, quam Romanis,
satis constat, tum ex hac Epistola, & alijs eius
dem **Cypriani**, tum ex epistolis. D. Ambros. Hi
ronymi, & Augustini. Papam autem nomen esse
Græcum, quod patrem significet nem o est,
qui ignoret; adiunxit idem Pamelius adnot. epi
stol. 3. num. 3. multa adducunt Renatus Choppinus
de *sacrapolitia* lib. 3. tit. 1. num. 14. Petrus *Gregorius*,
syntagma iuris lib. 15. cap. 2. num. 13.

Post principium textus, ibi, 2
Nervos. Olim corruptissime legebatur.
Nisi vos, sed tamē hunc locū felici-
ter prima sic restituit Margareta Thoma Mo-
ri filia, ut testatur Costerius cōmentariolo in
Vicentium Lirinentem, pro ut illum refert.
Pamelius adnot. in epistolam 31. divi Cypriani num.
15. qui nostri textus meminit.

Ibi, Per misericordiam falsam. 3
Ergo misericordia non est semper sequenda,
cum forte multis grossantibus opus esset exē-
plo ut in laute facta, §. fin. ff. de penit; sive quan-
do non esset ipses de correctione ipsius delin-
quentis, tradit *Propos.* in cap. *sana num.* 5. supra
distinctione 10. qui nostrum *textum* refert. Porro
de misericordia sequenda vide *Glossā* in cap. fin.
verbo, *inhumaniorē*, de *transact.* & quæ scrī-
mus in d. cap. *sana num.* 2. & 3.

In fine textus, ibi, Hoc non est
curare. Notat *Gregor. Lopez* part. 3. tit. 22. l. 12.

Glossa i. ad hoc quod medici puniuntur, ut homicidæ, qui dant medicinas contrarias infirmitati, allegat. I. medicus ff. de varijs, & extraordinar cog. Sufficit tamen quod medicus iudicet secundū regulas artis, licet postea contrarius sequatur eventus Eulđ. in I. illicitus, §. Si- cuti ff. de officio praesidis.

C A P. Siquis. XXVII.

S V M M A R I V M.

1. *Ductores, qui textus meminere.*
2. *Non est facile credendum, quando agitur de præiudicio tertij.*
3. *Dictio, statim, quid significet?*
4. *Navarrus nostram Glossam appellat memorabilem.*

IN textu. Alludit D. Cyprian. ad Epistolam Luciani confessorum universorum nomine, pro ut refert Pamelius ad notat. in lib. D. Cyprian. de Lapsis tom. 2. num. 67. ubi nu. 69. Gratianum laudat, & nostri textus meminit, de quo etiam agit Gregor. Lopez part. I. tit. 4. l. 68. Glossa 2. & 5. l. 20.

2. **Ad fin. textus in vers. Neque.** Notat Tiraquel. de retract. Lignag. §. 36. Glossa 2. num. 9. Non esse facile alicui credendum quando agitur de præiudicio tertij, & de pænis temperandis, causa 15. n. 51. ubi affirmat, quod non creditur medico dicenti aliquem ex vulnere obijisse, etiamsi sit bonus vir, si agatur de magno alterius præiudicio.

3. **Ibi, Statim.** Statim dicitur intra octo dies. Glossa verbo, statim, in cap. prudentiam, §. sexta, de officio delegati, sed tamen varié in iure accipitur, l. argumento §. sed & mulier, ff. de auto, & argento legato, l. si stipuler ff. de verbis.

In Glossa ultima. Docet Glossa quod non statim tenetur quis credere etiam bono viro, quam dicit memorabilem Navarr. in Rubr. de iudicijs, nu. 52. vers. suboritur, Multa adducit Tiraquel. de pænis temperandis causa 51. num. 16. iuuat. D. Thom. 2. 2. questione 70. art. 3. ad secundum, qui ait de quolibet præsumendum esse bonum, dummodo non vergat in periculum alterius, quia tunc adhibenda est cautela, ut non de facili uniuersi credatur.

C A P. Domino sancto. XXVIII.

S V M M A R I V M.

1. *An superior teneatur semper dispensare?*
2. *An Iudex debeat iudicare secundum legem antiquiorem?*
3. *An pater possit petere eleemosynam irre actionis?*

4. *Gratianus defendit, & declaratur & num. 5. & 6.*

IN textu in vers. ergo, ibi, necesse sit. Et sic tenetur superior, si causa, vel utilitas publica exposcatur, aliquando dispensare, ita ut aliter peccatum incurrat, ut per Glossam hic, verbo necesse, Glossam per textum ibi, verbo, detrahendum, in cap. VI. constitueretur 25. supra hac eadem distincta, ubi vide posita, num. 4. quas sequuntur. Abb. nu. 20. & Decius, num. 24. in cap. artifici. §. de adulterijs, de iudicijs latissime Sanch. lib. 3. de matrimonio disp. 10. num. 2. & num. 7. in principio. Vide Trid. ses. 25. de reformat. cap. 18.

In fine textus, ibi, Antiquior. Ergo quando leges inter se pugnant, debet index iudicare secundum antiquiores, Mast. de probat. vol. 3. conclusione 1295. n. 4. multa congett. Tiraq. de primogen. in prefat. nu. 105. sed oblat. l. non est nouum, 25. cum l. sequent. l. sed & posteriores 27. ff. de legibus. cap. non debet. 8. de consanguinitate. Tu resolve aut enim leges quamvis diversae minime tamē inter se pugnat, & tūc viraq. in suo casu servanda est, nulla addita differentia inter antiquiorem, & noviorem; argumento cap. cum Apostolica 7. vers. authoritates autem, ijs, que sunt, l. 2. §. Sed quia veremur, C. de iure, proprie calumniā. Aut rursus leges sibi invicem repugnant, & à contradictione liberari nō possunt, & tunc antiquia per noviorem revocatur & secundum hanc iudicandum erit, dicto iq. non debet, d. l. non est novum, cap. I. de iuramento caluniae, lib. 6. Ratio est quia secundum illas leges oportet iudicare, quæ in viridi sunt observantia: in primo vero distinctionis membro utraque est in viridi observantia, in secunda sola posterior quæ priorem abrogavit.

In Glossa verbo, Necesse. Docet: quod licet pauper nō possit petere elemosinā iure actionis, potest tamen petere officio iudicis, quod etiam tenet Abb. in cap. si quis propter necessitatem, de furtis, Glossa in l. neminem C. de sacr. ecclesijs plures refert Tiraq. de nobilitate cap. 29. num. 46. Sarmient. de reddit. part. 3. cap. 4. num. 2. qui nostri textus meminere. Adde posita ad cap. sicut, num. 10. supra dist. 47.

In vers. Quicumque. Magistraliter respondebat Gratianus ad questionem quam in initio distinctionis proposuerat, an in criminibus propter quæ irregularitas incurritur, si detur pœnitentia, liceat ad ordines ascendere, vel in susceptis ministrare? Respondebat, quod si vera est pœnitentia, pristinę dignitatis gradum recipit, & ad novam potest pœnitens ascendere, ut declaratur in e. Hi qui altare vers. sed exemplis infra

hac eadem distinctione, sed contra Gratianum efficaciter urget, quod irregularitas cum sit pœna exterior non tollitur sine dispensatione, etiam data interiori pœnitentia, ut per Navarr. in Manual. cap. 20. num. 73. & 76. Henr. Cum alijs, quos citat de irregul cap. 5. §. 1. littera G. & est textus in cap. ult. de tempor. ordin. & sic Gratianum in specie reprobatur Turrecremat. in cap. 1. hac distinctione.

5 Ut Gratianus defendatur supponendum est irregularitatem non tolli per pœnitentiam, quia est vera pœna fori externi, quæ non tollitur, quanvis interna contritione culpa deleatur iuxta ea, quæ tradit Tiraquel. de pœnis, causa 25 num. 4. Padilha in l. transigere, num. 110. C de transact. & probat multis Henr. de irregular cap. 17. in principio. Deinde supponendū est quod licet alijs pœnitentia non sit modus efficax tollendi per se irregularitatem, tamen si fuerit vera, notabiliter impellit superiorem ad dispensationem, quinimo Navarr. in Manual. numer. 74. & 77. tenet quod post actam pœnitentiam, licebit Episcopo dispensare, licet alijs non posset, quem sequitur Henr. de irregularitate cap. 5. §. 2. littera M, & cum usurario manifesto post pœnitentiam posse Episcopum dispensare ad obtinendum beneficium, probat Covarr. 3. variar. capit. tertio numer. tertio.

6 Ex his deducitur intellectus ab verba Gratiani, ut quidē Gratianus minime dixerit, irregularitatem tolli per pœnitentiam, sed quod post pœnitentiam potest quis ad suum gradum recipi, hoc est per dispensationem, tunc temporis faciliorem; & id significat verbum recipere possint, nam si intelligeret pœnitentiā per se tollere irregularitatem, uteretur verbo, recipiunt. Si vero pœnitentia ficta fuerit, intellexit recipere non posse gradum dignitatis, quem amisit: hoc est non ita facile cum illo dispensando, vel etiam quia non poterit per dispensationem amissum gradum recuperare, ut valeat in illo ministrare, quia cum irregularitas ex delicto non contrahatur nisi per delictum, quod sit mortale, ut contra Caetan. bene docut Navar. in Manual. cap. 27. numer. 212. vers. 8. ille qui est in peccato mortali impoenitens, non potest ministrare in ordine, etiam dispensante Pontifice; & ita omnes Canones, quos pro utraque parte affert Gratian. in hac distinctione intelligendi sunt, ut negantes irregularitatem tolli pœnitentia, intelligantur per se, quia ad hoc efficax pœnitentia non est: affirmantes vero intelligantur per dispensationem, ut intellexit Turrecremat. in cap. 1. hac eadem distinctione col. 2. ad fin.

CAP. Si quis Diaconus. XXIX.

S V M M A R I V M.

- 1 Hormisda Pontifex quis fuit?
- 2 Verba textus conciliantur.
- 3 Ex postulatione non acquiritur ius.
- 4 Deprehensus in criminē, an statim possit condemnari? & num. 5.

IN super inscriptione, ibi Hor-

misa. Qui summa concordia fuit creatus Pontifex septimo Kalendas Augusti, natione Campanus, ex patre Iusto, patria Frusinate anno Christi 514. tempore Anastasij Imperatoris. Hormisda provincialem synodū in Urbe habuit, omniumq; consensu Euthichianos iā antea improbatos, damnavit & Manicheos, iterum in Urbe Roma pullulantes, eorumque codices ante fines Basilicæ Constantinianæ incendio consumpsit. Inter alia beneficia, quæ à Deo consecutus est Hormisda, illud magni momenti censendum esse videtur, quod oves, quæ non erant ex ouili, universo gregi coniungeret; cum videlicet barbaræ, ac feræ nationes expertes divinæ legis, sepultæ diu erroribus, atque offusa tenebris, ad fidem christianam capescendam accesserint. Obiit Hormisda Papa octavo Idus Augusti, cum sedisset annos novem, & dies deceim, perfunctus honestissimè munere Pontificio, qui inter immensos saeculi fluctus ecclesiam summa constantia rexit, vide Baron. tom. 6. annal. anno Christi. 514. & sequentibus, & tom. 7. anno Christi, 522. & sequentibus.

Post principium textus, ibi, In 2
sancto Ioanne. Intelligit Glossa de Ioan-

ne Pontif. 8. ex cap. Miror, 4. supra hac eadem distinct. de quo vide quæ scripsum in cap. vides. distinctione 10. sed videtur quod inadvertenter procedat Gratian. dum allegat authoritatem Hormisdæ Papæ, & inserit de Ioanne Pontif. Nam Hormisda præcessit in Papatu quemlibet Ioannem Papam ut constat ex Platina, & Panino; sed respondetur quod Gratian. hic interserit partem alterius capituli Ioannis, & admiscet inter verba Hormisdæ, sic facit supra in cap. Sacerdos, hac eadem distinctione ubi interserit Gregorium inter verba Augustini, licet Augustinus, Gregorium præcesserit, ut bene notavit Archid in presenti, & post eum Præposit. num. 2. vers. secundo,

3 In §. Quid si eos, ibi, Debemus.

Notat *Gregorius Lopez* part. 1. tit. 5. l. 24.
Glossa 2. & per illum docet, quod licet ex postulatione non acquiratur ius postulati, Papa tamen debet ei facere gratiam, quia alias iniuriam ei faceret, vide *Glossam* in cap. penult. de postulatione pralatorum.

4 In Glossa verbo deprehensi.

Controvertit *Glossa* an, & quando sufficiat, quod quis deprehendatur in ipso crimen, ut absque alia convictione condemnari, & puniri valeat, quasi deprehensio eiusmodi rem efficiat notoriam, de quo agunt *Glossa* 1. *Butrius*, num. 4. *Abb.* num. 19. *Decius*, num. 11. & alijs, in cap. cum non ab homine, de iudicijs, *Bart.* & *Doctores* in l. defensores C. de defensoris civitatum, & in l. 1. Cod. de petit. bonorum, lib. 10. *Palat* in repetit. capitul. §. 21. notabili. 3. nu. 12. & 17. *Clarus* in practica §. ult. quest. 8. *Bosius* in practica tit. de denuntiat. numer. 10. post *Glossa* 1. in cap. ex litterarum, de eo, qui duxit in matrimonium *Glossa* 2. in cap. presbyter 81. dist. *Glossa* 1. in cap. tuae, de panis, & in cap. ult. 11. questione ult. citant es textum pro parte negativa, in cap. Cum non ab homine, de iudicijs, dum ultra deprehensione requirit, quod clericus convincatur; sed obstatre videtur textus in l. palam 43. §. Quem, de adulterio, ff. de ritu nuptiarum l. 2. §. item l. capite quinto, ff. de adulteris d. cap. tuae. d. cap. ex litterarum, textus noster cum alijs.

5 Obtinuit communis opinio ex Abbe, & præcitatibus, quod ubi delinquens à paucis deprehenditur in crimen, vel in actu proximo, dicitur crimen manifestum, probabile, quia per illos probari potest. Si vero in crimen, vel actu proximo deprehendatur à populo vel multitudine, vel à pluribus rem notoriam efficientibus, tunc ex tali deprehensione, vel potius ab actu percipiendo sensu corporeo, insurgit notorium, ita ut ex eo possit reus cōdēnari, & puniri, licet aliter convictus non sit, iuxta regul. cap. evidētia, de accusat. & cap. ult. de cohabit. clericor. & ita possunt intelligi d. l. defensores, d. cap. tuae, d. cap. presbyter, cum alijs; intendunt *Glossa nostra* in presenti *Glossa* 1. in d. cap. Cū non ab homine, nec refert an per clericos, an vero per laicos clericus deprehendatur, cap. penult. vers. dicit enim, de purgatione Canonica, ubi *Doctores* Abb. num. 20. *Decius*, numer. 12. ind. cap. cum non ab homine. Vbi autem delinquens etiam à pluribus deprehenditur non in ipso crimen, vel actu proximo, sed post illud commissum, tunc ex hac deprehensione insurgit infamia, vel indicium maius, aut minus iuxta numerum deprehendentium, & circumstantias loci, temporis, & similium, & in hac specie oportet quod reus ultius convincatur, ut condemnari, & puniri possit, & sic procedunt

Glossa in dicto cap. ex litterarum, & in dicto cap. ult. & cap. tuae, & in d. l. capite quinto.

C A P. Quicumque. XXX.

S V M M A R I V M.

1 *Lapsus*, de facili non restituitur.

2 *Ecclesiasticus* dicitur divinus.

I N textu. Collige quod lapsus, de facili non restituitur ad pristinum statum. De materia videbis nonnulla per recopil. titul. 2. l. 2. num. 15. & sequentibus.

Ibi, Divini. Nota quod *Glossa* bene exponit ecclesiastici. Nam aliquando ecclesiasticus dicitur divinus tum quia divina auctoritate institutus; Deus enim sacros status in ecclesia instituit, per Moysen filios Levi. Deut. 10. tum quia ecclesiastici gradus ad divina, & ad divinum cultum ordinantur, observat *Turrectem*. in praesenti.

C A P. Qui sub gradu. XXXI.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio gratiae non reponit causam in pristino statu.*

2 *Quis possit baptizare?* & num. 3.

I N textu. Nota quod quandoque depositus, non restituitur ad omnes actus cōpetentes ratione ordinis, sed ad aliquos tantum. Vnde infertur quod restitutio gratiae non reponit causam in pristino statu, ex Covarr. lib. 1. resolut. cap. 5. num. 7. Menoch. recuperand. remedio 10. & num. 102. Costa in §. & quid si tantum, parte 2. num. 49. An autem restitutio Principis de gratia restituat etiam ad pristina bona? vide *Abbat.* in cap. quia, 5. num. 9. de electione.

In Glossa verbo, Baptizare.
 Docet *Glossa* quod licet clericus possit solemniter baptizare, non tamen laicus. Tu breviter resolve, munus baptizandi iure ipso convenire Episcopo in sua diœcesi, hanc autem facultatem habent etiam parochi ex approbatione iuris, ac proinde licentia Episcopi non

nō indigent; presbyteri autem alij ex concessione Episcopi, vel ex commissione parochi. Diaconi vero ex vi suae ordinationis non possunt baptizare; nec obest quod in Pontificali Romano illis datur potestas prædicandi, & baptizandi. Repondet enim hoc intelligendum esse ex commissione, & iussu sacerdotum, vel episcoporum, quo dato potest diacono committi solemnis administratio baptismi, subdiacono vero nulla de causa baptismus committi potest, nisi in extrema necessitate, deficiente presbytero, & diacono. In casu necessitatis potest etiam laicus, vel mulier baptismum dare.

3 Est tamen advertendum inter ministros inferiores sacerdoti, esse servandum ordinem, ita ut quilibet ordinatus preferatur laico, & inter ordinatos, qui est in superiori ordine constitutus, & inter laicos vir, fœminæ; quia hoc spectat ad quandam decentiam, & reverentiam Sacramenti. Vnde neq; ex licentia sacerdotis poterit laicus, imò nec quilibet aliis non sacerdos, etiamsi diaconus sit, usurpare tale munus sine graui causa, quæ necessitatæ & equivaleat, probant omnia supra dicta latissime *Suar. 1. tom. de Sacramentis disput. 31. art. 4. Vazques tom. 2. de Baptismo disput. 147. cap. 3. & sequentibus* Adde posita ad *cap. diaconos 93. dist.*

CAP. Presbyter. XXXIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Peccat mortaliter qui dissimulat se Christianum, licet corde confiteatur.
- 2 Qui invictus peccat, mitius punitur.
- 3 An Apostata fictus sit irregularis?
- 4 Quis possit cum illo dispensare?
- 5 Verba nostri textus exponuntur?
- 6 An in extrema necessitate liceat Idiathys vesci?

IN textu. Quem citat. *Navarr. tom. 1. in cap. Humana aures, quæstione 3. num. 16. vers. decimoquarto*, & per illū docet peccare mortaliter eum, qui dissimulat se Christianum, licet corde confiteatur esse, etiamsi metu iusto id faciat, citans *Divum Thom. 2. 2. quæstione 3. artic. 2. quatenus habet non licere catholico se negare catholicum, imò teneri ad confitendum se talem, quoties id exigit honor Dei, & proximi necessitas. Lege quæ de hac re scribit *Suar. de fide**

*disp. 14. sect. 1. & 3. Sanc. tom. 1. decal. lib. 2. tota cap. 4. apud quos alij. Debent tamen qui invitati, ac coacti delinquunt, levius puniri, ut probat noster *textus*, prosequitur late *Tiraquel. de pœnis causa. 36. numer. 1.**

In vers. Qui autem fugientes. 2

Licet qui invictus peccat, levius puniri debet, hoc tamen non procedit, si absolue, & præcisè fuerit coactus, quia nihil confert secundum proprium motum, & potius pati, quam agere videtur, ut est *textus in cap. Sacris, & ibi Glossa, & Doctores de ijs, quæ vi, l. vim passam ff. de adulterijs, l. fœdissimam Cod. eodem, Tiraquel. de pœnis. causa 36. numer. 5. qui nostri *textus* minit.*

In vers. Diaconi, ibi, Ab omni sacro ministerio. 3

Igitur si quis exterius metu, vel humana cupiditate fiat apostata, vel adoret idola, vel ad paganismum transeat, licet interius fidem retineat, manet irregularis, quod probabilius censet *Suar. de censur. disput. 43. sectione 2. nu. 2.* limitat tamen idem doctor quando non ex solo timore, sed ex absoluta coactione, & necessitate quidpiam simile exterius agere cogatur, quia in eo nihil peccavit iuxta resoluta, *num. 2.*

Post principium textus, ibi, Honore retinere. Et sic cum presbyteris Apostatis dispensari potest, ut honorem sedis propriæ retineat, non tamen ut in sacerdotali officio ministrēt, aut sermonem ad populum habeant. Quæ suspensio à munere prædicationis, cum non sit actus ordinis, non est intrinseca omni irregularitati sed in hac apostasiæ, seu infidelitatis specialiter exprimitur, observat idem *Suar. ubi proximè, num. 3.* Hæc irregularitas quoad ordines suscipiendos, non est dispensabilis nisi per Pontificem: quoad usum vero ministrandi, in ordinibus susceptis usque ad diaconatum, conceditur potestas dispensandi Episcopo ex gravi aliqua causa, ut probat *textus in vers. diaconi*, observat idem *Suar. ubi proximè, numer. 3.*

In fine textus, ibi, Benevolentiā commodari. Hæc ultima verba *textus sumpta sunt ex Concilio Niceno 1. cap. 11. ubi grauior pœnitētia ijs lapsis imponitur, qui sponte per cupiditatem, vel similem aliū respectū idola colendo peccarunt, & post longum tempus illuc ad communionē admittuntur, & hæc est benignitas, quæ illis impeditur in presenti, prosequitur late *Suar. ubi supra, numer. 4.* licet *Glossa* aliter, verba *textus* intelligat.*

- 6 In Glossa verbo, per necessitatem.** Docet *Glossa* potius debere aliquē mori fame, quam vesci idolothytis per textum in cap. sicut satius. 33. quastione 4. sed contrarium dicendum est, ut resolvimus ad cap. si quis carvem 13. numer. 2. supra dist. 30. Nec obest textus quem *Glossa* citat, quia debet intelligi quando quis cogitur vesci idolothytis in I dolorum cultum iuxta nostrum textum, quod ex eo patet, quia cessante scandalo, & iniuria Salvatoris, etio adhuc præceptum illud Apostolorum perseveraret, licitum esset in extrema necessitate carnibus illis vesci; quia cum præceptum de conservanda vita sit de iure naturali, & prohibitio illa solum esset de iure positivo: quando duo præcepta simul concurrūt, quorum unum est de iure naturali, & alterum de iure positivo; iuri naturali, quod prævalet, est standum: Tradit in specie Mol. de iustitia tract. 5. disp. 62. in fine Egidius Coninck. tract. de fide disp. 15. num. 54 & 64.

In §. Sed illud.**S V M M A R I V M.**

- 1 Gratianus ab aliquibus impugnatur.
- 2 Ex delicto occulto per se non incurritur irregularitas.
- 3 Ex peccato externo, præterquam ex homicidio, non inducitur irregularitas? & nu. 4.
- 5 Crimen externum depositione dignū, & simul notorium inducit irregularitatem.
- 6 Differentia inter irregularitatem provenientem ex delicto notorio, depositione digno, & ex delicto notorio, transente.
- 7 Gratianus defendit.

Gratianus in præsenti, concordiā ad discordates Canones huius dist. assignat, nā ait quod pœnitentia tollit irregularitatē criminis occulti, non vero criminis manifesti, ut colligunt Archid. & Praepositus hic, sed videtur falsum aperte docere, nā vel intelligit de criminie occulto, mentis limites non egrediente, & tunc supponit falsum, quia nullum est crimen mentale irregularitatem inducens, ut infra dicemus, & ita in hoc sensu reprobatur Gratianus ab Hug. quem refert Turrecrem. hic, vel

rursus intelligit de crimine occulto foras ex eunte, pro ut opponitur notorio, & etiam tunc falsum docet, quia nullum est, crimen occultum irregularitatem inducens, præter homicidium, ut probant infra citandi, & tamen irregularitatem ex homicidio nō tolli per pœnitentiam, probat efficaciter cap. mitor, supra eadem dist. quare hanc Gratiani solutionem reprobat Turrecrem. in cap. 1. hac dist.

Pro defensione Gratiani, dicendum quod ex nullo delicto occulto per se seu interno hoc est limites mentis non egrediente in actum externum, incurritur irregularitas, probant Covar. in Clem. 1. parte in initio, num. 4. & 2. parte in initio, num. 3. Navarr. in Manual, cap. 27. num. 192 & num. 249. Soto lib. 5. de iustitia quest. 1. art. 9. in fin. Henrig. qui plures refert lib. de irregul. cap. 3. §. 2. littera O. & circa censuras lib. 13. de excōmunicat. cap. 17. §. 2. Vnde constat nullam esse irregularitatem mentalem. Quomodo vero intelligantur quædam bullæ de illa facientes mentionem, vide Covarr. ubi supra d. num. 4. Henrig. lib. 13. de pœnitentia cap. 14. §. 4. in principio.

Secundo dicendum, quod ex nullo peccato ex externo quantumcumque enormi, irregularitas inducitur, præterquam ex homicidio, ita Navarr. in Man. cap. 27. num. 248. Henrig. lib. de irregularit cap. 3. §. 2. in principio, & cap. 5. §. 2. littera K. & deducitur ex textu in cap. fin. de temp. ordin: vnde haeresim occultam etiam exteriorum nō inducere irregularitatem tenet Henrig. 1. 4. §. 6. & idē in simonia dicendū est. Henrig. d. cap. 5. §. 1. littera E. Licet hoc crimen cum homicidio exceperit Turrecrem. in cap. 1. 50. distin. Idem de nefando crimine Navarr. dicto cap. 17. a num. 248. contra aliquos Henrig. d. §. 1. littera E.

Verum omnes hi doctores passim docētes quod nullum delictum occultum parit irregularitatem præter homicidium videntur convinci ex Tridentin. sess. 24. cap. 6. de reformat. ubi concedit licentiam dispensandi in irregularitate ex crimen occulto præter homicidium, cui decreto respendebat Henrig. cap. 20. §. 4. in principio, quod ex delicto occulto immediate nulla irregularitas inducitur, cuius mens ista videtur, quod sint multæ species irregularitatis, quæ ex aliqua causa oriuntur, interim tamē requirunt præsumptionem, & delictum, ut est violatio censurarum, iteratio baptismi, &c. Quia ex illa indecentia oritur irregularitas, sed non, nisi detur præsumptio, & dolus. Verum contra hanc solutionem obstat quod in supra positis exemplis ex illo delicto immediate videtur nasci irregularitas, quod supponit Trident. in illo decreto, dum excipit homicidium, quæ exceptio declaravit regulam, quare melius resolvendum est nullum delictum quantumcumq; enomissimum, ex eo, quod sit enorme, inducere irregularitatem dum est occultum

occultum, nisi fuerit iure expressum, ut est homicidium, nec ex illo potest ad alia maiora delicta de sumi in hac materia argumentum: si vero fuerit enorme delictum manifestum, tunc resolvitur iuxta sequens dictum, & haec videtur mens supra citatorum.

5 Tertio dicendum quod si crimen fuerit externum depositione dignum, & simul notorium, inducit irregularitatem, deducitur ex illo cap. fin. de temp. ordin. & est communis opinio omnium, constat ex Navarr. na. 248. Henr. d. cap. 2. §. 2. ubi in §. 2. explicat quid sit notorium; circa quod advertendum est quod ad hanc irregularitatis opinionem, non sufficit quod de delicto sit infamia ut probat Navarr. d. num. 248. in principio, sed si detur infamia delicti, licet non sit notorium, nec depositione dignum, existimo incurri aliam speciem irregularitatis, quae datur, ex infamia facti, de qua idem Navarr. d. cap. 27. num. 204. Henr. d. cap. 5. §. 3. idque mihi probat expresse textus in c. ult. de furt. ubi Pontifex agit defurto. (Quod non est crimen depositione dignum, quia licet, an crimen sit dignum depositione relinquatur arbitrio iudicis, secundum melius sentientes iuxta ea, quae Abb. num. 34. Dec. num. 36. & alij in cap. atq. clerici de iudic. Menoch. de arbitr. casu 266. à principio, & num. ult.) tamen ex omnibus constat iudicem attendere debere ad magna scelera, & quae similia illis; quibus similis poena iure imponitur, & ut dixit Navarr. d. nu. 248. vers. secundo dico, talia crimina adulterio, & stupro similia, quale non est furtum, quod est minus, iuxta ordinem Decalogi, ex quo gravitas peccati perspicienda est, iuxta receptam doctrinam D. Thom. 12. quæst. 100. art. 6. & in specie quod crimen furti non sit dignum depositione tradunt citati, à Bernard. in pract. c. 90. num. 1. col. 2. & tamen summus Pontifex in illo cap. ult. de furt. inquit quod, si de furto clericus sit infamia respersus, etiam si poenituerit, non sit ad sacros ordines promovendus, quasi irregularis, ergo aperte docet quod crima, quae non sunt digna depositione, de quibus non est notorietas, sed infamia sufficiunt ad irregularitatem.

6 Illa profecto erit differentia; quod irregularis ex delicto depositione digno notorio, etiam cessante illa notorietate, transeunte delicto, non poterit ad ordines promoveri, sine dispensatione Henr. d. lib. de irreg. c. 17. §. 1. littera E. quam non posse Episcopum concedere, aliqui existimant, quia nullibi in iure haec facultas Episcopo conceditur, quidquid contrarium doceat sèpè Navarr. d. cap. 27. num. 154. & cap. 25. num. 77. & passim alibi; quinimo nec si crimina essent adulterio minora, licita esset Episcopo dispensatio, quoad irregularitatem ex illis provenientem, vel de se, vel ex notorietate, quia

generalis concessio cap. atq. clerici §. de adulterijs, de judic. videtur restringi, per speciale reservationem dispensationis in irregularitate, quam summus Pontifex facit, attento iure communi, ut videtur innuere Decretum Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. quod supponit ante illud decretum esse reservata m irregularitatis dispensationem, quidquid in criminiis adulterio minoribus hanc licentiam concedant omnes, ut constat ex citatis à supradicto Henr. ubi supra cap. 19. §. 2. & sèpe alibi. At vero si irregularitas non incurrit ex notorietate criminis depositione digni; sed solù ex infamia, ex vitæ emendatione tolletur irregularitas. Navarr. ubi supra d. num. 204. Henr. d. cap. 5. §. 4. littera Q. & sic patet differentia inter notoria depositione digna, & crima etiam depositione non digna infamantia, quæ passim nō invenietur apud Doctores.

Ex his sic prenotatis vere intelligitur Gratianus ut quidē loquatur de criminibus de positione dignis, ut loquuntur, fere omnia iura, quae ipse citat in hac distin. quæ quidem si manifesta fuerint, inducunt irregularitatem, iuxta supra dicta, ac per consequens etiam poenitentia subsecuta, non tolluntur, quod optimè docet Gratian. hic: si vero occulta sint, hoc est, vel limites mentis non egrediuntur, vel si egrediuntur, non sunt notoria, tunc cum non inducant irregularitatem iuxta supra dicta, solum prohibet in ordinibus ministrare, vel alium suscipere ratione peccati mortalis, quare sublato per poenitentiam peccato mortali, poterunt ministrare, quia nullum manet canonicum impedimentum, ut verba illa, in ordinibus remanere possunt, significant, hoc est, in ordinibus ministrare possunt, quia sic remanet cum effectu; non agit autem hic vers. de homicidio, de quo specialiter agit in cap. de eo. vers. quod vero, infra eadem, in quo diversum dicendum est, quia etiam occultum parit irregularitatem iuxta supra dicta, & hoc modo recte concordat Gratian. discordantes Canones hac dist. relatos, & cessant supra contra illum adducta.

CAP. Sacerdotes. XXXIII.

S U M M A R I V M.

1. Res quae devenit ad iudicium dicuntur manifesta.

2. Sacerdotes an deponantur per simpli-
cem fornicationem?

IN textu, ibi, *Manifestus*. Igitur ex eo, quod res deuenit in iudicium, & constat ex actu, dicitur manifesta, & notoria ut ex nostro textu colligit Gregor. Lopez part 1. tit. 4. l. 33. *Glossa* 2. ad finem iuvat caput. olim, & ibi Abb. notabili, 2. de verborum significatione.

2 Ibi, Non possunt habere honorem. Hodie tamen non deponuntur sacerdotes per simplicem fornicationem, secundum communem opinionem, contra alteram communem de qua Perez lib. 8. ordinamenti tit. 19. *Glossa* 1. pag. 377. vers. *Vitum autem*. Vide posita ad cap. *pervenit* 9. num. 1. supra bac eadem dist.

CAP. De his verò. XXXIV.

S V M M A R I V M.

- 1 Crimina que impediunt ordinis executionem.**
- 2 Scandalum duplex est, & de genere suo est peccatum mortale.**
- 3 Dicitio, quondam, quid significet?**
- 4 Clericus in crimen deprehensus, an possit capi per laicos?**

IN textu. Agit *textus* de criminibus, quæ impediunt ordinis executionem, de quo vide late *Turrecrem.* in *præsenz*, num. 1. qui viginti casus cōgerit: *Propos.* num. 4. de quibus omnibus commodius alijs locis agemus. Porro dū m. *textus* agit de furto à clero commissio, vide late *Farinac.* de furtis *questione* 167. numer. 9. qui nostri *textus* meminit.

2 Ibi, Quia scandalū est populo. *Scandalum duplex est, activum, & passivum.* *Activum est in eo qui per actus inordinatos aliquid indebet faciendo, scandalizat proximum, dando occasionem ruinæ.* *Passivum vero est in eo, qui scādalizatur ex actu proximi:* *Scandalum autem semper est peccatum habēs malitiam charitati contrariam, & ex genere suo est peccatum mortale, licet ex levitate materiae possit esse veniale, de quo latè *Suar.* de charitate disp. 10. sect. 1. Quid genus voluntatis requiratur ad contrahendam malitiam scandalī, vide eundem sect. 2. An opera, quæ sunt sub præcepto sint omittenda propter scandalum vitandum? Vide eleganter eundem *Suar.* sect.*

3. n. 3. & sequentibus. Recurre ad cap. *Licet.* 4. n. 2. 45. dist.

Post principium textus, ibi, 3 Quondam. Est adverbium temporis præteriti, & removet qualitatem de præsenti l. cui eorum §. 1. ff. de postulando, l. *Insula* ff. de acq. rerum dominio, cap. ad petitionem, & cap. accedens, de accusatione. *Glossa* in l. *cōtem ferro*, §. *eam rem*, verbo *Dominus*, ff. de public. Gratianus *conf.* 76. num. 2. vol. 2. qui ait dictio, quondam denotare cum, qui nominatur, mortuum esse. *Felin.* in cap. ex parte, num. 2. de foro compet. *Tirag.* de retractu *Lignag.* §. 1. *Glossa* 9. num. 51. vide latè *Cened singulat* 92. num. 1. & 2. *Cardin.* *Tuscham* tom. 2. littera *D.* *conclusione*. 356.

In Glossa 1. in fin. Docet *Glossa* quod clericus in criminis deprehensus, potest detineri à laico per 20. horas de quo sunt videndi *Guido Papa* q. 73. num. 1. *Bossius* tit. de foro compet. num. 150. *Felin.* in cap. si verò, num. 4. de sententia excommunicationis. *Clarus* in praxi. §. fin. *questione* 28. num. 6. *Garcia de de nobilitate* *Glossa* 9. num. 36. & 39. dicit cōmūnem, *Villalobos*, verbo, clericus, num. 76. & 77. *Farinac.* in praxi *questione* 8. num. 122. *Glossa* 1. & *Doctors* in cap. cum non ab homine, de iudicijs. De clero autem deprehensio in criminis sine habitu, vide *cundem*. *Guidon.* *questione* 138. ubi *Ferrarius*, bene notat quod si quis deprehendatur in criminis deferens vestem clericalem, & tonsuram, & nihilominus, qui cum deprehenderint asseverent non esse clericum, aut clericatus priuilegium amississe remitti debere ad ecclesiasticum iudicem, ut de ea lite cognoscatur.

CAP. De eo. XXXV.

S V M M A R I V M.

- 1 Dicitio, autem, quid significet?** & nu. 2.
- 3 Mora quandoq; est necessaria tam in iudicio, quam in sententia, & execuzione.**
- 4 Dicitio, tunc, quid significet?**

IN principio textus, ibi, Autē. Quæ dicitio regulariter adversatur in iure, & in facto, l. hoc amplius, §. de his, & ibi *Glossa*, verbo, autem, & Bart. numer. 1. ff. de damno infecio. l. sed & si lege, §. quod autem, ff. de petit. habredit. l. fin. §. Sin autem. Cod. communis utriusque

iud. cap. Quoniam frequenter, §. In alijs, vers. si autem, ut lice non contestata cap. reprehensibilis, 16. §. Si autem de appellat. textus in cap. Satutum, §. Cum autem, & ibi Glossa verbo, autem de rescript. lib. 6. multis quos refert, Cened. singul. 7. n. 1. Quod tamen fallit, quando non procedit aliquid, cui adverteretur, quia tunc dictio autem ponitur inchoativè seu declarativè l. quamquam autem, l. i. §. 1. ff. de aqua pluu. arcenda, l. 2. ff. de iudicijs, cap. conquerente. vers. Nos autem, & vers. tu autem, de officio ordinarij cap. ex litteris, de transact. latè Cened. ubi proximè, num. 2. Cardinal. Tusch. tom. 2. littera D. conclusione, 248. num. 3.

2 Licet enim ista dictio autem sit adversativa, repetit tamen qualitates casus præcedentis, exceptis ijs, in quibus expressè adversatur textus in l. mariti, §. fin. & ibi Glossa, & Bart. num. 1. ff. ad l. Indianam de adulteri; Vnde si dicitur scholares student, Petrus autem ludit, intelligitur Petrus scilicet scholaris, & adversatur ijs, quæ sunt eiusdem generis Bart. in d. l. mariti, §. fin. num. 1. Reminaldus qui ad hoc plures citat in §. 2. num. 32. institut. quibus alinare non licet. Sic altè si statuto caveatur quod existentibus masculis, fœminæ non succedant ab intestato nisi in dote, facto autem testamento non succedant, nisi quatenus testator duxerit eis relinquendum, debet intelligi facto testamento, & existentibus masculis, quia repetit qualitates præcedentes. Bald. in leg. omnes populi vers. tertio modo ff. de iustitia, & iure, plura adducit Cened. d. singulari 7. numer. 8. cum quo latè prosequere circa alias significations.

3 Ibi, Distuli. Nota moram quandoq; esse necessariam, tam in iudicio, quam in sententia, & executione, quandoque enim ex causa iudex sententiam potest differre, ut habeat consilium cumprudentibus, leg. proximè ff. de his, quæ in testamento delentur. cap. Cum apud. 69. ad fin. 11. questione 3. nonnulla tradit Orascus lib. 2. emblemata 32.

4 Ibi, Tunc. Dictio, tunc, quid importet? Vide Ancharr. conf. 354. Quidam, numer. 3. & plenius conf. 356. numer. 5. Decium conf. 63. pro tenui, numer. 2. ubi additio. Decian. conf. 2. num. 24: & 25. lib. 2. & conf. 3. num. 45. & 46. eodem lib. Roland. conf. 56. num. 18. & 20. lib. 3. & conf. 56. num. 19. & conf. 70. num. 15. & 16. eodem lib. Caßiodorum decis. 1. de testamentis. Ripam in l. 1. num. 169. ff. de vulg. & pupil. Iul. Clar. in §. emphyensis questione 13. num. 5. vers. Item quaro, plurimos refert Tusch. tom. 2. littera D. conclusione 390. n. 1. usque ad. 27.

C A P. De his clericis. XXXVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Ilerdense Concilium, quando fuerit celebratum?
- 2 Sacerdotes plenam potestatem habent circa pœnitentias imponendas.

IN superscriptione, ibi, Concilio Ilerdensi. In quo interfuerunt Episcopi octo, statuentes nonnulla de rebus, ad statum clericorum pertinentibus. Fuit Concilium Ilerdense celebratum sub symacho Papa, Imperatore Anastasio, anno Domini 504. si creditur Padilh. in Epitome concilior. fol. 28. Porro de symacho vide quæ scripsimus ad cap. 2. num. 1. supra distinct. 10. Ilerda oppidum est citerioris Hispaniae in conventu Tarragonensi non procul à fycori fluvio, cuius meminit Ptolomeus lib. 2. cap. 6.

In textu. Vide aliqua per Covar. in Clement. si furiosus 2. p. §. 3. nu. 4. in principio Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 16. Glossa 2. qui uterque nostri textus meminere. Menoch. de arbitrar. easu. 391. num. 1.

In Glossa ult. Docet Glossa Sacerdotes plenam potestate habere circa pœnitentias sacramentales, cum hodie omnes pœnitentiae sacramentales sint arbitrariae. cap. tempora plenitudinis 26. questione 6. cap. significavit, & cap. Dominus, de pœnitentijs, & remissionibus Abb. in cap. atq; clerici, §. de adulteri, num. 4. de iudic. & ibi Decius, num. 6. Alciatus, num. 3. communem testatur Julius Clar. lib. 5. §. fin. questione 83. in fin. Quod etiam ampliatur, ut procedat, si Canones iam certam pœnam indixerunt. Abb. d. num. 4. Dec. d. num. 6. vers. & hoc etiam, sentit Glossa in praesenti, pro ut illam ponderat Menoch de arbitrar. easu. 391. numer. 6. Navarr. in Manual. cap. 26. nu. 17. Pelagius de planctu ecclesie lib. 2. cap. 27. vers. sunt tamen scappa de iure non scripto lib. 5. cap. 187. multi per Cened. collect. 9. ad Decretales, num. 5.

C A P. De clero. XXXVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Urbanus secundus quis fuerit?
- 2 Iaciens lapidem, & puerum interficiens, an sit irregularis?
- 3 An clementius index agat cum amico?

In su-

IN superscriptione, ibi, Vibanus secundus. Antea Otho vocatus, monachus Du-miensis, deinde Cardinalis Oiliensis eligitur Pontifex anno Christi 1088. quarto Idus Martij, vir doctrina, & vita, & sanctitate tanto pontificatu dignus. Placentia synodum habuit, in qua licentiam quorundam ecclesiasticorum mirifice compescuit. Deinde anno 1090. Tolosanam synodum ex Galliarum Episcopis, per legatos suos celebravit; postea anno 1093. generalem synodum centum pene Episcoporum ex diversis provincijs in Apulia (seu ut voluit Romualdus) in Troia, congregavit. Tadem in Gallias abiens, synodum Claramontanam anno 1095. Apostolica auctoritate condixit, ad recuperandam Hierosolymam, à Saracenis iam diu occupatam. Ad quod promerendum instituit ut officium beatæ Virginis omni sabbato recitaretur legē. *Suarum de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 25. num. 11.* Celebravit postea concilium Barensse pro uniēdis Græcis cum Latinis; obiit Urbanus anno 1099. cum sedisset annos undecim, menses quatuor, dies decem, & octo. Vide *Platinam. in ipso Urbano, latissimè Baronium tom. II. anno Christi. 1088, & sequentibus.*

2 In textu. Collige ex *textu* quod ille qui porcos, vel aliud pecus de agro pulsurus, lapidem iecit, & puerum interfecit, non debet irregularis censeri, nisi hoc minus diligenter fecerit, ut bene intelligit *Glossa in præsenti*, sequitur *Gutier Canon. lib. 2. cap. 7. num. 166. Suar. de censur. disp. 45. sect. 5. num. 4. ad fin.* Tradit *Sylvest. verbo, homicidium 2. quæstione 5.* & alij relati à *Maiolo de irregularitate lib. 5. capit. 48. §. 3. num. 5. Henr. cap. 15. num. 3. Castro lib. 2. de lege pœnal. cap. 14.* Projiciens tamen lapidem in Petrum, & non illum, sed alium percutientem, esse irregularē patet, si expendas taliter projicientem dare op̄oram rei illicitæ, ac proinde irregularitatem incurtere, pro ut in specie resolvit *Maiol.* ubi proximè, n. 4. in fine. Hodie vero sive culpa præcesserit, sive non, sèp̄ eum qui homicidium commisit, putant aliqui debere abstinere, & non promoveri, donec causa plene cognita, declaratio, seu dispensatio concedatur, pro ut videre est, apud *Trid. sej. 14. cap. 7. de reformat.* ita *Maiol. lib. 5. c. 48. §. 3. n. 3. & 4.* Quæ sententia probanda non est, quia *Concilium nihil statuit contra ius antiquū, & loquitur de illo casuali homicidio, in quo iuxta antiqua iura dispensatio necessaria est;* advertit *Suar. d. sej. 5. num. 9.*

3 In textu, ibi, Pro amore tuo. Igitur clementius agitur eum delinquentे ra-

tione amoris iudicis cum eo, qui intercedit, ut ex nostro *textu* tradit *Tiraq. de pœnis causa 17. n. 1.* dicens nostrum textum à paucis ad hoc esse annotatum, textus similis in *cap. veniam*, 35 q. 9. ibi. *Tam bonis, quam charis, & licet hæc iura loquantur in summo Pontifice, tu vide textū de sumo Pontifice non loquente in cap. miror. 17. q. 4. cum ibi dicitur, Tuus, si de tuo amico fortè presumeret fugitiuus, posset procul dubio intercessori canfa veniam promereri: advertit Tiraquel. ubi proximé.*

CAP. Quia te. XXXVIII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Textus de homicidio necessario intellegitur.*
- 2 *Appellatione hominū comprehenduntur infideles.*

IN *textu.* Intellige *textū* loqui de homicidio necessario, pro defensione personæ commissio, ut post *Hagonem, & Brizi.* tradit *Tarrecrem.* in *præsenz.* vers. *alius intellectus: late Præpos. vers. 5. Bellar. ra in principio; observat Glossa u. in præsenz.*

In textu, ibi, Homines. Et sic ap- pellatione hominum comprehenduntur infideles, quod notatur pro legibus & statutis prohibentibus aliquid fieri, contra aliquos, quia tale statutū includit etiam infideles, quod facit ad notata in *cap. 1. de usuris lib. 6.* An scilicet eius dispositio habeat locum in Iudeis, & Paganis, quia tales compellendi sunt ad restituendas usurpas extortas à christianis, & ad solvendas decimas, & oblationes de suis possessionibus *cap. post misericordem, cap. penult. de usuris;* multa congerit *Cened. ad Decretales collect. 30. Villagut. de usuris q. 6. num. 3.*

CAP. Studeat. XXXIX.

S V M M A R I V M.

- 1 *An valeant rescripta, per que incerti indices dantur?*
- 2 *Quando mors ex vulnere, vel aliunde probetur?*
- 3 *Irreg.*

3 Irregularis an possit beneficium habere?
4 Clericus non tenetur pro debito, nisi
in quantum facere potest.

5 Clericus excommunicatus, an suos fa-
ciat fructus beneficij?

IN textu post principium, ibi, Ex vicinis provincijs fratres.

Licet enim *textus* in cap. *Ad hac*, 10. de rescriptis, decernat non valere rescripta, per quæ incerti iudices conceduntur, ut notat *Glossa* 2. illie *Glossa* 2. post principium, in cap. *Innotuit*, 12. de arbitris, *Glossa*, verbo, certo, in cap. *Tibi qui*, de rescriptis, lib. 6. & in cap. 1. eodem verbo, de privilegijs, idem lib. 6. *Rip.* nu. 3. in cap. *Cum M. de constitutionibus*, tradunt post alios *Gomes de mandatis*, de providendo, num. ult. *Rebus*. in concordat. tit. forma litterarum executorialium, in principio, vers. *An monachus*. Hoc tamen cessat quando Pontifex ex certa scientia iudicem incertum, ab impegnante eligendum, concedit, ut probat noster *textus*, ubi hoc notavit *Prepos.* nu. 3. *Glossa* 2. ad fin. in d. cap. *Ad hac*, quem omnes communitee sequuntur, ut per *Abb.* nu. 7. *Dec.* nu. 4. verl. In fine, & nu. 5. *Glossa* similis, verbo, confirmata, ad fin. in cap. *Veniens*, de transsalt.

IN textu post principium, ibi, An cervicis fractione extint' est.

Vulnus mortale quale dicatur, & quādo mors ex vulnere, vel aliunde probetur subsecuta, vide *Bart.* in tract. de percusionibus. *Bald.* conf. 136. proponitur quod *Tuis*, & conf. 328. *An vulnus fuerit mortale*, lib. 2. post alios *Tusch.* tom. 2. littera V. conclus. 377. secundum quos distinguendi sunt quinqꝫ casus. Primo, aut constat, quod vulneratus decepsit ex vulnere mortali. Secundo, aut etiam non mortali. Tertio, aut est dubium. Quartio, aut constat, quod decepsit ex superveniente ictu, & vulnere. Quinto, aut constat, quod vulneratus sua decepsit culpa, quia curari noluit, de quibus omnibus vide latissimè *Boer.* decis. 323. nu. 5. & nu. 9. in principio, qui nostri *textus* meminit.

Ad fin. *textus*, in vers. *Verum*.

Igitur irregulari quoad usum sacerdotij permititur dari beneficium, & quamquam *Glossa*, verbo, ut tale, intelligat id esse factum ex speciali defensione; tamen simpliciter potest intelligi; quia quando irregularitas non est totalis, sed respectu alicuius actus, aut temporis, non reddit clericum incapacem cuiuscumqꝫ beneficij, sed tantum illius, quod habet annexam obligationem tali irregularitati repugnat.

tem, *textus* similis in cap. 2. de clericis excommunicato ministrante, verbo, *Diagonus*, irregularis solum manlit quoad sacerdotium, nam in diaconatu ministrare poterat, nisi esset suspensus, per triennium, & ideo habilis erat ad beneficium recipiendum, quod tantum ad diaconi ministerium obligaret, advertit *Suar.* de censur. disput. 40. sect. 2. nu. 38. ubi nostri *textus* meminit.

In Glossa ultima ad medium, 4

Ei relinquī dēbeat. Docet *Glossa*, quod clericus non tenetur pro debito, nisi in quantum facere possit, & ad hoc illum notant, & commendant *Peres lib.* 1. *Ordinamenti*, tit. 3. l. 2. fol. 63. vers. Ex quibus. *Pax in praxi*, tom. 2. cap. *Vnico*, 3. part. nu. 5. fol. 43. *Gregor.* *Lopez* part. 5. tit. 15. l. 1. *Glossa* 6. *Bart.* ubi *Glossa*, verbo, facere potest, in l. *Miles*, ff. de reiud. *Glossa* 2. in l. *Milites*, C. de locato, *Glossa* 1. in l. *Stipendia*, C. de executione rei iud. *Coyar.* lib. 2. *resolut.* cap. 1. num. 9. *additio ad Capell.* *Tolosan.* 245. pro quibus est bonus casus in cap. *Odoardus*, de solutionibus, ubi *Panormin.* nu. 8. idem *Panormit.* in cap. *Pastoralis*, §. *Verum*, nu. 16. de appellat. *Eber.* decis. 226. num. 3. *Milanensis* decis. *Cecilia*, 16. nu. 41. lib. 1.

In fine Glossæ. Tenet *Glossa* durante excommunicatione non facere clericum fructus beneficij suos, & teneri, si quos perceperit, ad restitutionem; nam cum à communione Ecclesiae sit privatus, meritò ab eius commoditatibus erit separandus, extollit *Peres lib.* 8. *Ordinam.* tit. 5. l. 1. fol. 174. vers. *Nibilominus*, citans *textum* ubi *Abb.* nu. 18. in cap. *Pastoralis*, §. *Verum*, de appellat. *Paludan.* in 4. dist. 18. q. 4. col. 2. *Gygas de pensionibus*, quæst. 64. in principio.

C A P. Qui verò. XXXX.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Palea an transcriperit textum ex Con-*
cilio Maguntino, aut Maticensi?
- 2 *Ody definitio, & effectus.*
- 3 *Pænitentia quadraginta dierum in pa-*
ne, & aqua, vocatur carina.

IN suprascriptione, ibi, In **Cō-**
cilio Maticensi. Apud Burchardū, & Ivonem legebatur ex *Concilio Maguntino*: sed in nullo eorum quæ extant, habetur, ut advertit *Additio Gregoriana in præsentि*. Sed nec etiam in *Concilio I. Maticensi*, seu *Matisconensi*, celebrato anno Christi

Christi 582, sub Pelagio Pontifice 2. nec in alio Matisconensi Concilio celebrato sub eodem Pelagio, anno Christi 588. de quibus agit Baron. tom. 7. annal. & referuntur 2. tom. Conciliorum non inveniuntur verba, nec decisio nostri textus. Aliud reperitur Concilium Metense celebratum sub Pontif. Ioann. 9. anno Domini 899. ut tradit Padilb. in epitome Condit. & referatur 3. tom. Comilior. sed etiam ibi nulla extat nostri textus memoria.

Ibi, Odij meditatione. Odium est actus, quo quis sibi, vel alteri malum vult, sine proprijs emolumenti causa, ut tradit Azor. lib. 3. instit. moral. cap. 12. & oritur ex invidia, quæ interior cristiæ est de bono proximi, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 34. art. 6. Utrum autem odium sit vi- ciū capitale, vide eundem art. 5. plura de odio, & eius effectibus, vide per Azor. d. cap. 12. vers. Secundò, & sequentibus.

In fine textus, ibi, Quadraginta dies in pane, & aqua pœnitentiat. Quæ pœnitentia carina vocatur in cap. Accusasti, de accusationibus, & in cap. 2. de sponsa duorum, licet alijs legant carenam, à carentia ciborum, Glossa 3. in d. cap. Accusasti. Contius verò, & nonnulli pro carena, legunt carentia, & alijs quarantena, ut adverxit Antonius Augustinus in notis ad illum tex- tum, secundum quem in codem sensu, etiam hodie Quadragesima, appellari solet Quartentena.

CAP. Si quis homicidium. XXXXI.

S V M M A R I V M.

- 1 In primitiva Ecclesia certis criminibus certa pœna prescribebatur.
- 2 Scientia Canonum pœnitentialium non est otiosa.
- 3 Verba, septem annos pœnitentiat, quo- modo intelligantur?

IN textu. Collige ex textu, quod olim in primitiva Ecclesia p. Canones pœnitenciales, quibusdam criminibus certa, & determinata prescribebatur pœnitentia, ut constat ex hoc textu, & ex alijs relatis, & explicatis per Hesliens. in summa de pœnitentijs, §. Qua pœna: quinimodo ut nonnulli contendunt, nec illorum Canonum pœnitentia, quæ in multis casibus publica videtur, locum habebat in foro omnino interiori, & purè pœ-

nientiali, in quo tantum agitur de pœnitentijs Sacramento; sed tantummodo in foro ex- teriori, in quo peccatoribus correctio imponi- tur, Navarr. in cap. Consideret, §. Ponat, nu. 4. & in cap. Ralsas, nu. 16. de pœnitentia, dist. 5. Heniq. de Sacramento pœnitentia, cap. 22. num. 9. & alijs, quos refert Cened. collectan. 9. ad Decretal. nu. 8. quæ sententia licet probabilis videatur, non satis iure probatur, & repugnare videtur plerisque Canonibus, & sententiae communis quæ illos pro foro interiori, & pœnitentiae Sacra- mento prescriptos esse intelligit, ut per Solym in 4. dist. 29. q. 5. art. 2. & alios relatos à Cened. d. collectan. & suadetur commonis, tum ex cap. Que ipsis, ibi. Canones pœnitenciales, supra, 38. dist. tum etiam ex pœnitentiali relato per Burchard. in suo decreto, lib. 19. cap. 5. iunctis praecedenti- bus, ubi agitur de pœnitentia per sacerdotes parochianis in foro conscientia; & sacramen- tali imponenda. Nec satisfit, si dicas cum Na- varr. huiusmodi Canonum pœnitentiam in co- foro locum habere potuisse, non ut ea cuicūq; sed ut volenti tantummodo imponeretur; adhuc enim obstat evidentur verba textus cap. Accu- sasti, de accusat. & multorum Canonum pœnitencia- lium, quæ pœnitenti directe necessitate im- ponunt, ac proinde non liberam, aut voluntaria, sed necessariam pœnitentiam denotant.

Notabis tamen, quod licet iam hodie non sint in usu Canones illi pœnitenciales, adhuc verò eorum notitia non videtur super- vacanea. aut otiosa, ut dixerat Iohannes Andreus in cap. 2. de emptione, & venditione, sed multum est utilis, & necessaria confessarijs, observant Abb. in cap. ult. in fine, de pœnitent. & remissionib. Paludan. in 4. dist. 20. q. 2. Gaeta in repetit. cap. Ab limina, §. 5. nu. 421. Navarr. in Manual. cap. 26. nu. 29. Paulus Fuschus de visitat. lib. 2. cap. 3. num. 18. multi de quibus Cened. d. collectan. 9. nu. 7. & 9. intendit Concil. Coloniense, relatum ab eodem Navarr. & Mediolanense 1. sub sancto Cardinale Borromeo part. 1. tit. Que pertinent ad Sacramentum pœnitentiae administrationem, ad fin. vers. Confeso- res, ubi assignatur ratio, & refertur utilitas hu- ius notitie, de qua per supradictos.

Ad fin. textus, ibi, Septem an- nos pœnitentiat. Non intelligas continuos & per singulos dies, quasi per omnes, pœnitentia agi debeat, sed per quosdam in unaquaq; hebdomada, qui vulgo legiti- timè feriae dicebantur, scilicet secunda, quar- ta, & sexta, iuxta cap. de illis, 11. q. 3. ubi Gleß. & Doctores, cap. 1. iuncta Glossa, verbo, legitimas, 22. q. 5. observant Covar. 4. resolution. cap. 20. nu. 8. Sotto in 4. dist. 19. q. 2. art. 5. & alijs, de quibus Cened. d. collectan. 9. ad Decretal. num. 4. secundum quos infra omnia, quæ absolutè agut de pœnitentia per annos, aut dies, nec declarat modum

modum specialem, quo eadem impleri debat, intelliguntur de pœnitentia per iejunium, aut similia opera, certis per hebdomadam diebus arbitrio confessarij exequenda. Advertit explicator Canonum pœnitentialium, in fine *Decreti, annotatione ultima.*

CAP. Eos verò. XXXXII.

S V M M A R I V M.

- 1 Quanta culpa sufficiat ad incurriendam irregularitatem?
- 2 Constitutiones episcoporum debent potius observari, quam ius commune.

IN textu. Collige ex textu, eos, qui casu homicidium faciunt, esse pœnitentiaz subdendos: quod intelligi debet de casu culpabili, ut *Glossa* exponit, quanta verò culpa sufficiat? potest dubitari, illud satis ratum est levissimam culpam non esse sufficientem, ut tenet *Angel.* verbo, *homicidium, z. Sylvest.* verbo, *irregularitas, nu. 3. & 20.* *Vilbadiego* de irregularitate, cap. de percussore, dicit probabile suar. de censur. disp. 45. seit. 5. num. 6. & num. 4. ad fin. nostri textus meminit, & videtur probari in cap. *Quæsum, de pœnitentijs,* licet contrarium doceat *Covar.* in *Clement.* *Si furiosus, 2. part. §. 4. num. 6.* cum *Glossa* 2. in cap. *Significasti, 1. de homicidio.*

Ibi, Quinquennij tempus.

Collige ex textu, iuncta *Glossa*, verbo, *humana,* quod si lex communis imponat pœnam pro delicto determinatam: & postea statutum imponat minorem, quod aliquis potius est puniendus pena statuti, quam pena juris communis advertit *Preposit.* in *presenti, nu. 2.* quia textus ponit regulam de iure, quæ erat de septennio, ponit deinde novam definitionem resolventem poenam ad quinquennium. Vnde episcoporum constitutiones debent potius observari, quam ius commune, si Summi Pontificis autoritate, vel prescripta consuetudine roborentur. *Vallasc.* de *partit.* cap. 35. nu. 9. cum sequentibus. *Gutierrez.* *Canonic.* cap. 33. num. 33. lib. 1. *Barb.* in l. *Divortio,* 2. part. in principio, nu. 54. *Garcia de benefic.* cap. 1. num. 99. *Mantic.* de *vacatis, tom. I.* lib. 3. tit. 8. nu. 1.

CAP. Fœmina. XXXXIII.

V X X X X C A P . S V M M A R I V M .

- 1 Si percussus moriatur intra triduum, præsumitur mortuus ex vulnera.
- 2 Fœminæ zeli furore, se ipsas occidunt.

IN textu, ibi, Intra tertium diem.

Notat *Izernia* constit. *Sicilia,* lib. 1. tit. 14. pag. 2. ad hoc, quod si percussus, fuerit mortuus intra triduum, probatur mortuus ex vulnera dato, & ibi alia iura ad hoc refert. Adde posita ad cap. *studat,* 39. num. 2. supra hac dist. latè *Boer.* *decis. 323. nu. 11.* qui nostri textus meminit.

Ibi, Zeli furore accensa. Nota: quod fœminæ non solum alias, sed se ipsas zeli furore occidunt. *Zelotypia* namq; quæ est unus examoris effectibus, in causa plerisq; est, ut se ipsas interimat; nam licet plus se ipsas ament, & magis mortem timeant, quam viri, ut ex *Philone, adducit Eusebius de preparat.* *Evangel.* lib. 4. cap. 8. Tamen *Zelotypia* furore obcæcatæ, maxima moliuntur facinora, ut ibidem scribit ex eodem *Philone Eusebius,* & plura exempla vide per *Decian.* *tractat.* *crimin.* lib. 9. cap. 2. num. 11. ubi testator se vidisse *Vinceniam, uxorem (& si vetulam)* *Præfecti Zelotypia mariti,* licet non iuvenis, laqueo suspensam, multa congerit *Tigraq.* l. 13. *connubial.* nu. 28. &c seqq.

CAP. Si quis voluntarie.

XXXXIV.

S V M M A R I V M.

- 1 *Gregorius Lopez* nostri textus meminit.
- 2 De qua voluntate textus intelligatur.

IN textu. Cuius meminit *Gregorius Lopez* part. 1. tit. 6. l. 15. *Glossa* 2. ubi alia iura similia adducit.

Ibi, Casu aliquo. Sed videtur, quod nullo modo debeat talis, quinq; annis pœnitere; quia si voluntas fuit, puniri non debet; unde textus debet intelligi, quando occidens dabat operam rei illicitæ, vel non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit iuxta decisionem, textus in cap. *Cōsinebatur, 8. de homicidio.* Tradit *Covar.* in *Clement.* *Si furiosus, 2. p. §. 4. nu. 8.*

CAP. Qui saccum. XXXV.

S V M M A R I V M.

1. Saccum, in quo erat pecunia, surripiens, tenetur furtu tam pecunia, quam sacci.

2. Saccularij qui dicantur, & eorum pœna?

IN textu. Collige ex textu, quod saccum, in quo erat pecunia, surripiens, tenetur furti nomine, tam pecunia, quam sacci, ut habetur in l. Qui saccum, 79. ff. de furtis. Nec obstat furtum non committi sine animo, l. 1. §. Sola, ff. eodem, quia respondet, quod hic non sit animus principaliiter furadi saccum, accessoriè est talis animus, ut bene advertit Bart. ibidem, textus similis in l. Eum qui, 14. §. Non solum, ff. eodem, alia iura congerit, Glossa 1. in præsentii, & in dict. l. Qui saccum, verbo, animus.

2. Saccularij etiam dicuntur illi, qui vetitas artes in sacculo exercentes, partem deducunt, & partem subtrahunt, l. Saccularij, ff. de extraordinar. crimin. ubi Glossa, verbo, saccularij, & verbo, subducunt. latius declarat, quod tribus modis dicuntur isti saccularij, & quomodo furentur Petrus Gregor. syntagm. iuris, lib. 37. cap. 14. nn. 7. Farinac. de furtis, quast. 166. nn. 43. Pœna autem saccularij, quæ sit, ponitur in d. l. Saccularij, ubi dicitur, quod plusquam fures puniendo sunt, & propterea, aut ad tempus in opus publicum relegantur, aut fustibus castigantur, sed hanc pœnam esse arbitrariam, post alios, contendit Farinac. q. 167. nn. 30.

CAP. Cum qui asleverat.
XXXXVI.

S V M M A R I V M.

1. Quando præsumatur animus occidendi?

2. Verba textus exponuntur.

3. Gregorius Lopez nostra Glossa meminit.

IN textu. Non præsumitur, quod ille, qui cum calce solo percussit, percussit animo occidendi, si ipse hoc allegat, vide de materia Hyppol. in l. 1. nn. 32. ff. ad l. Cornel. de sicar. Carrer. in praxi, §. Homicidium. nn. 22. Alciatum lib. 1. disputationum, cap. 17. Tiraquel. de causis, causa 40. Menoch. de arbitrat. centur. 4. casu

324. num. 10. & de mandante aliquem percuti baculo, vide Navarr. cons. 27. & 28. de homicidio, edit. 2.

In fine textus, ibi, Adnotatio. Id est lege, ut Glossa exponit: sed amplius dic, quod iste occisor amiserat bona per annotationem, quia vocatus ab Imperatore, noluit venire; postea venit, & probavit se non esse homicidam, & ita bona recuperavit, ut bene exponit Glossa in l. Eum qui, ff. ad l. Cornel. de sicar.

In Glossa 1. Hanc citat Gregor. Lopez, part. 2. tit. 9. l. 30. Glossa ult. ad hoc, quod licet in ioco absit dolus, si tamen adest culpa, punitur incurialiter iocans, vide Navarr. cons. 3. de homicidio, editione 2. ubi agit de pueris, qui certabant ludo lapidum.

CAP. Frater vester. XXXXVII.

S V M M A R I V M.

1. Palea textum transcripsit ex l. 1. C. ad l. Corneliam de sicarijs.

2. Ille qui allegat abesse dolum in delictis, debet animum probare.

IN textu. Cuius verba transtulit Palea, ex l. 1. C. ad l. Cornel. de sicarijs, ubi deciditur probantem non animo occidendi se percussisse, non puniri pœna homicidij, notant ibidem Bald. num. 1. Bart. eodem nn. late Salicetus nn. 1. & nn. 5. & 6. Fulgosius nn. 3. Angel. num. 1. & 3.

Ibi, Non animo occidendi. Collige quod ille, qui allegat dolum abesse in delictis, debet hunc animū probare; ratio est, quia adversarius habet intentionem suam fundatam in facti atrocitate, notat Bart. in d. l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. ubi Additio littera A. quæ negativa probatur per præsumptiones, probando amicitiam, & affinitatem, & qualitatem occidentis, ut docet Glossa 2. in d. l. 1. latissime Menoch. de arbitrat. casu 361.

CAP. Quantum. XXXXVIII.

S V M M A R I V M.

1. Homicidium casu proveniens non imputatur.

Dicitio,

- 2 *Dicitio, quod, quid significet? & dictio
quod si, nū. 3.*
- 4 *Discrimen inter verbum, potest, &
verbum, debet.*

IN textu. Collige ex illo, quod hominem casum proveniens, non imputatur operā rei illicitae danti, quoad criminalem pœnam, quia animus, non opus punitur, de quo vide quæ scripsi ad cap. Si quis voluntate, 44. nū. 2. & ad cap. Eum qui, 46. nū. 1. bac dist. Vide etiam Navarr. cons. 41. de homicidio, nū. 1. edit. 2. ubi affirmat irregularitatem incurri ex culpa satis levi, etiam admissa in sola omissione, qualis est illius, qui domum tediens, archibusum rota non flexa super scannum deposituit, unde casu mors fuit subsecuta.

In vers. Quod. Quæ dictio accipitur pro, quia, l. 3. §. Salius, ubi *Glossa*, verbo, quod, ff. de acq. possēt. l. fin. cū *Glossa*, verbo, quod, ff. de vſu cap. l. Cum filius, §. Servus, & ibi *Glossa*, verbo, quod, ff. delegat. 2. Sumitus etiam pro, & l. Si quis in hoc genus, cum *Glossa*, in verbo, quod si multitudo, C. de episcop. & cleric. Mundos. in *Glossa* facult. §. Sane, in verbo, quod. Accipitur etiam pro, sed. l. Ita stipulatus, iuncta *Glossa*, in vers. Quid, & ibi Alex. nū. 2. ff. de verbor. obligat. l. Quid si onus, iuncta *Glossa* l. ff. locati, tradit post alios Cened. singul. 94. nū. 1. & seqq.

Ibi, Quod si. Quæ est dictio adversativa in iure, & in facto, si ponitur sine copula, cap. Cum non ignores, vers. Quid si forte, de prabendis, cap. Perret uas, vers. Quid si absolutionis, de sentent. excommunicat. cap. Licet Canon. de elect. lib. 6. cap. Cupientes, §. Quid si per viginti, eodem iis. Iason. in l. Reconiuncti, nū. 37. ff. delegat. 3. per l. Quid si alij, ff. de admensis legat. Decius in l. Milites, nū. 1. & 2. C. de testament. milit. post alios Cened. d. singul. 94. nū. 4.

In fine textus, ibi, Non potest, nec debet. Potest, verbum, differt à verbo, debet; quia illud importat potestatem liberam: sed verbum, debet, importat necessitatem, ut ex nostro textu observat Stephanus Pampilonensis in 4. tom. iuris Pontificij, tom. 2. littera P. Aliquando tamen verbum, debet, non est necessitatis, sed honestatis, Clement. Attendentes, & ibi *Glossa*, verbo, debeant, de statu monachor. *Glossa* 2. in cap. 1. 25. q. 5. Posse illud dicimus, quod de iure possumus, *Glossa*. Non poterit, in cap. Nisi, §. Personæ, de renuntiatione, *Glossa* pen. in cap. Gratia, 7. & *Glossa* fin. in cap. Si eo tempore, de rescriptis, lib. 6. *Glossa* l. in reg. potest quis, de regul. iur. lib. 6. Clement. sape, & ibi *Glossa*, verbo, poterit, de verbor. significat.

CAP. Hi, qui arbores. XXXIX.

S V M M A R I V M.

- 1 *Si ex incisione rami aliquis comprimatur, an caſor maneat irregularis?*
- 2 *Glossa nostra communiter approbatur.*

IN textu. Collige ex illo, quod si ex incisione arboris, vel rami aliquis comprimatur, incidens arborem non efficitur irregularis, nec inhabilis ad ordines; quia ibi intervenit folius actus sine voluntate, & sine culpa, notat Abb. in cap. Dilectus, 13. nū. 3. ad fin. de homicidio, qui nostri textus meminit. Greg. Lop. part. 1. tit. 6. l. 15. *Glossa* 4.

In Glossa, verbo, Inculpabiles. Docet *Glossa*, quod si caſor erat in publico loco, debuit clamare, *cave, cave*, non autem si erat in loco privato, citat textum in l. Si putator, 31. ff. ad l. Aquil. Nec obſt si dicatur: idem ibi dici de loco privato, quia debet intelligi si per eum locum iter erat, ut bene exponit *Glossa*, ibidem, textus similis in §. Item si putator, instit. codem, de quo Gomes tom. 3. cap. 3. nū. 16. Azeved. lib. 8. re copil. tit. 23. l. 13. nū. 4. latè Richard. in §. Iniuria, nū. 85. & seqq. instit. ad l. Aquil.

CAP. Sæpe contingit. L.

S V M M A R I V M.

- 1 *Conciliū Vormaciense quādo celebratū?*
- 2 *Gregor. Lopez nostri textus meminit.*
- 3 *Habens leonem, vel canem furiosum, an maneat irregularis, si aliquem occidant?*
- 4 *Causa remota non est in culpa?*

IN superscriptione, ibi, In Cōcilio Vormaciensi. Habitū anno Domini 868. pro ut refortur 3. tom. Concilior. sub Nicolao 1. vel sub Adriano 2. ut voluit Padilha in epitome Conciliorum, fol. 54. Sed ut recte Baron. advertit tom. 9. annal. prima Synodus Vormaciensis fuit celebrata sub Stephano Papa, anno Christi 770. & secūda Synodus sub Adriano 1. anno Christi 772. Vormatia urbs est Germaniæ apud Vangiones, ad Rhenum flavium sita, quam à Treturis duxisse originem nonnulli putant.

Sedem quondam Archiepiscopi habuit, sed ea in Moguntinos translata, modo episcopal is est.

- 2 In textu. Cuius meminit Gregor. Lopez part. I. tit. 9. l. 15. Glossa 4. ubi multa iura similia congerit.

Ibi, Pœnitentiae debet submitti.

- 3 Igitur si aliquid accidit, quod possit imputari alicui, manet irregularis, argumento *textus* in §. I. *Instit.* si quadrup. pauperiem fuisse dicatur. Vnde tenens cervum, vel leonem, seu canem furiosum, si aliquem occidant, irregularitatis labbe aspergitur. Contrarium docet Innocentius in cap. Ad audientiam, de homicidio, si malitiam, vel culpam non adhibuerit. Vide latè Gregor. Lopez part. 7. tit. 15. l. 23. Glossa 8. qui pro utraque parte multa adducit.

4 In Glossa, verbo, Insperatus.

- Quām refert Azeved. lib. 5. recopil. tit. 17. l. 10. nu. 8. & per illam docet causam remotam, & non ordinatam ad casum, non esse in culpa, nec puniri de iure civili, ex *textu* in l. Is, qui ff. de action. & obligat. & in l. fin. §. Si ea conditione, ff. ad l. Rhodium de iactu, Bart. in l. Si ut certo, §. Sed inter dominum, ff. de commodato, Hippol. in l. Nihil interest. nu. 8. cum sequentibus, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Decius in l. contractus, nu. 42. ff. de regul. iur.

CAP. Si duo fratres. LI.

SVMMARIVM.

- 1 Concilium Triburiense quando celebratum?
2 Gregorius Lopez nostri *textus* meminit.
3 Verbum, cave, solemne fuit.

1 In superscriptione, ibi, In Cōcilio Triburiensi. Celebratum sub Pontif. Formoso, & Imperatore Arnulpho, à viginti duobus episcopis Germanorum, anno Domini 895. Misératus sanctus p̄f̄sul cladem, & deformitatem Ecclesie, quos valuit collegit episcopos, tempore illo tumultuoso. Triburiensis loci non meminerūt antiqui; est autem hodie villa, quæ Germanica lingua dicitur Tribur, sita ultra Rhenum, prope Mogontiacum, vide Baron. tom. 10. annal. anno Christi 895.

- 2 In textu. Cuius meminit Gregor. Lopez part. I. tit. 6. l. 15. Glossa 4. ubi alia iura cumulat.

In textu, ibi, Cave. Illud solemne, fuisse verbum constat ex Cicerone 2. de oratore. Cave an hoc, an aliud quis proclamet nihil interest, dum tamen à præte-reuntibus audiri posse. Illud autem quod nonnulli dicunt, si præteriens surdus sit, proclamantem non excusari, est omnino ridiculum, & bene advertit Pichardus in §. Item si putator, num. 86. inst. ad l. Aquil. Vide leg. Si putator, ff. eod. iii.

CAP. Hi qui altario. LII.

SVMMARIVM.

- 1 Facilius dispensatur, cum eo, qui semel deliquerit.
2 Dic̄lio, Diu, quid significet?
3 Dic̄lio, Ita tamen, quid significet?

IN textu ad fin. ibi, Si iterato. Nota quod dispensatur facilis cum eo, qui semel deliquerit, quam cum illo, qui plures. Vnde si aliquis impetraret à Papa dispensationem, dicendo se commisso delictum, & in veritate tale delictum plures fecisset, erit dispensatio nulla, quia talis taciturnitas, difficultorem redderet dispensationem ex *textu* in cap. Super litteris, de rescriptis, Clement. ult. codem tit. iuvat l. Non omnibus, & ibi Padilha C. de servitutibus.

Ibi, Diu. Hæc dictio, vel aliquandiu, importat tempus quadraginta dierum, secundum stylum Curiæ. Gemin. cons. 78. num. 5. in fine. vers. Nec obstat si dicatur. Tuschus tom. 2. littera D. conclus. 270. At, Diu, dici, quod est usque ad quatuor menses, docet Glossa, verbo, Diu, in cap. Si episcopus, 3. q. 2.

Ibi, Ita tamen. Quæ dictio est taxativa, & inducit formam Nivizantius cons. 50. nu. 12. & facit conditionem, l. Laci. 90. §. 2. delegatis, 2. l. Hac editali, §. 1. C. de secundis nupijs, l. 4. C. de fundis patrimonialibus, lib. 11. Quandoq; tamen non facit conditionem, sed modum; & aliquando nec facit modum, nec conditionem, sed aliquius novi casus ponitur intentio, ut prosequitur Neapod. in consuetud. Si qua mulier, in verbo, ita tamen. nu. 6. fol. 206. pro ut illum refert Cened. singular. 38. nu. 5. ubi num. 3. multos citat, quod dictio, Ita tamen, repetitiva est præcedentium, & restringit, limitat, & declarat, secundum subiectam materiam, quem etiam vide num. 4. & 9.

CAP.

CAP. Considerandum. LIII.

SUMMARY.

- 1 Non scit afflictiones afflitorū, qui experimentum afflictionis non habuit.
- 2 D. Petrus quando fuit electus Pontifex.

IN textu, ibi, In sua culpa disceret. Facit authoritas Pauli ad Hebraos, cap. 4. nu. 15. ad fin. Non enim habemus Pontificem, qui non posset compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia. Et dicit ibi Glossa ordinaria, quod impossibile est scire afflictiones afflitorum hominū, qui experimentum afflictionis non habuit; & sensibiliter omnia non sustinuit; ponderant Terracrem. in presenti, vers. Non enim, Preposit. nu. 2. & meminit nostri textus Tiraq. de pénis, causa 51. nu. 22.

Ad fin. textus, ibi, præposuit cæteris. Fuit Divus Petrus electus in Principem ante Resurrectionem, & diu luit Christus confirmationem, usq; post Resurrectionem; quia tempore, quo Salvator noster inter homines visibiliter conversabatur, regendo Ecclesiam per se ipsum, nulla erat necessitas, neq; decentia, quod ipse loco sui pastorem poneret, sed solum quando post Resurrectionem esset ab Ecclesia suam præsentiam corporalem subtracturus, & ita nostrum textum intelligit Gregor. Lopez parv. I. tit. 5. l. 2. Glossa 1. & tit. 6. l. 2. Glossa 1. ad fin. Adde posita in cap. In novo testamento, supra, dist. 21. Lege Doctores ad illud Matth. 16. nu. 18. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. &c ad illud Ioan. 21. nu. 18. Pasce oves meas, eleganter Suar. in defens. fidei, lib. 3. toto cap. II. & 12.

CAP. Fidelior. LIV.

SUMMARY.

- 1 An ad dignitatem sit potius eligendus, qui fuit criminosus, & pœnituit, quam qui semper fuit bonus?
- 2 Pontifex habet supremam potestatem.
- 3 Christi, & Pontificis est idem tribunal.

IN textu. Controvertunt Doctores, an ad aliquam dignitatem potius eligendus sit, qui criminosus fuit, & pœnituit, quam ille, qui semper fuit bonus, pro quo dubio ultra Glossam, hic verbo, gratiam. Vide Roman. singulari 724. incipit: Pone easum Eelin. in cap. Eam te, de rescriptis, nu. 12. vers. Limita tertio, & cons. 3. ex nu. 4. Selva de beneficio, 3. part. q. 2. num. 14. & q. 7. num. 8. Peres lib. 8. Ordinamenti, tit. 19. l. 49. pag. 398. Cordov. in quest. Theolog. lib. 1. quest. 54. refert alios Cened. collectan. 47. ad Decretal. num. 1. quibus addic Menchac. de succession. creat. lib. 1. §. 10. num. 600. Tiraquel. de pénis, causa 51. nu. 22. Ripa in cap. eam te, nu. 39. de rescriptis.

Ante finem textus, ibi, Tu es

Petrus. Ex his verbis suprema Pontificis potestas colligitur, de qua latissime Albanus de potestate Papæ, & Concilij, part. 1. ex nu. 31. Pelag. de planctu Ecclesie, lib. 1. art. 45. & 58. Simanch. de catholicis, cap. 45. ex num. 3. Mendoza in Quodlibet. quest. 4. §. 9. vers. Secundò quid. Tiraquel. de iure constituti. limitatione 7. nu. 47. Glossa verbo, pro infidelis, in Clement. 1. de immunitate Ecclesiarum. Et enim Pontifex in terris Vicarius Christi. Paulus Fuschus de visitatione, lib. 1. cap. 2. num. 2. Medices de legibus, part. 1. quest. 8. num. 3. Rodoan. de spolijs ecclesiasticis, quest. 7. in §. His presupposuit, nu. 56. Cordova in questionario Theologico, lib. 4. q. 1. Preposit. 8. & latissime quest. 3. & quest. 4. Melchior Canus de locis theologicis, lib. 6. cap. 1. vers. Undecimo, qui nostrum textum refert. Lege Suar. in cap. Considerandū, supra hac dist. nu. 2. Adde Sebastianum Casarem in sua relectione de ecclesiastica Hierarchia, disput. 1. §. 1. per totum, ubi eruditè, & ingenio supram ostendit Romanj Pontificis dignitatem, ac potestatem, à Christo Domino in omnes suos Vicarios derivatam.

Vnde quod Papæ, & Christi sit idem tribunal, affirmat Barbat. de præstantia Cardinal. p. 1. q. 2. nu. 3. & q. 8. nu. 5. Pelag. de planctu Ecclesie, art. 29. Alban. de potestate Papæ, p. 1. nu. 84. Navarr. in cap. Novit, de iudicijs, notabili 3. num. 12. Conrad. in templo omnium iudicium, lib. 2. cap. 1. in verbo, Consistorium, fol. 112. refert alios Cened. collectan. 45. ad Decret. nu. 3. ad fin.

CAP. Ex pœnitentibus. LV.

SUMMARY.

- 1 Clericus qui publicè pœnituit, non debet ordinari.
- 2 Episcopus an possit dispensare sine consensu sui capituli?

3 *Confessio clericī nocet ad ordinandum,
sed non nocet ad alia.*

IN textu. Collige ex illo, quod non debet ordinari clericus ex pœnitentibus, de quo latè Trotius de vero clericō lib. 2. cap. 14. Covar. in Clement. Si furiosus, de homicidio, 1. p. in principio, nu. 10. Gama de Sacrament. prestandis, q. 5. num. 6. late Suar. de censur. disput. 42. nu. 3. & seqq. qui omnes nostri textus meminerunt.

2 *In Glossa, verbo, Non prodiit, ad medium, ibi, Nec solus potest dispensare.* Igitur Episcopus cū aliquo non potest dispensare nisi interveniente capituli consensu, *Glossa similis in cap. Si quis sine, dist. 81. Glossa ult. in cap. ult. 1. q. 1. sequitur Hostiens.* relatus à Glossa, verbo, Episcopi, in cap. Cum ex eo, de electione, lib. 6. communis ut per Abb. num. 16. Decius nu. 20. Felin. nu. 13. in cap. *At si clericī, §. de adulterijs, de indicijs, pro quibus facit, quod dispensare, inter gravia, & ardua negotia, connumeraatur, ut probat textus in cap. Didicit, 1. q. 7. in fine, ibi, Dispensationis enim gratia multum eget negotijs, iuncta Glossa, ibi, verbo, multum, & tamen constat episcopum non posse ardua negotia sine suo capitulo tractare, ut probat textus in cap. Novit, & in cap. Quanto. de his, quæ sunt à Pralatis sine consensu. Contariam tamen sententiam tenet Glossa, verbo, Episcopi, in d. cap. Cum ex eo, quam nonnulli sequuntur, ita ut communem sententiam fateatur Hojeda de incompatibilitate beneficiorum, 2. part. cap. fin. nu. 20. Quæ sententia iam ex consuetudine in praxi servatur, ita ut in iudicando, & consulendo de illa dubitari non liceat.*

3 *In eādem Glossa, in fine, ibi, Quia ad hoc non agebatur.* Docet Gloss. quod clericō promovendo nocet confessio ad hoc tantum, ut non promoveatur, non tamen ut puniatur, cum ad hoc principaliter non agatur; sicut nec testis confessus crimen in sua depositione, ex ea confessione punitur, quam dicunt notabilem Felin. in cap. 1. num. 11. de exceptionibus. Corseius in singul. verbo, confessio, incipit. Confessio facta, Crotus de testibus, num. 280. Titaquel. in tractatu, Res inter alios actas, num. 24. Abb. in cap. At si clericī, in principio, num. 6. de iudicijs.

CAP. Quicunq;. LVI.

SYMMARIVM.

- 1 Siricius Pontifex quis fuerit?
- 2 Dictio, quicumq; quam significationem habeat?
- 3 Episcopus in minoribus ordinibus dispensare potest cum bigamo.

IN superscriptione, ibi, Sirici.

Romanus ex patre Tiburtio, electus Pontifex anno Domini 385. pridie Idus Ianuarij, cum vacasset iedes post obitum Damasi triginta, & uno diebus, non sine tumultu Ursicini schismatici; ipse vero Pontifex sedis exordio scripsit hanc decretalem epistolam, ad Aimerium Episcopum Tarragonensem, qui de nonnullis rebus Damasum litteris consuluerat; sed cum, illo vita functo, successor ipsius Siricius accepisset ad singulare rogata accurate respondit. Obiit Kalendis Martij cum sedisset annos tredecim, mensem unum, & dies quatuordecim; sepultus est in cœmeterio Priscillæ via Salaria; licet apud Bedam Kalendis Decembribus Siricij ponatur obitus. Vide latissime Baron. tom. 4. anno Christi 385. & seqq. & tom. 5. usq; ad ann. 398.

In principio textus, ibi, Quicunq; *Quæ est dictio universalis affirmativa, & nihil excludit.* Glossa 1. in cap. Quicunq;, de sentent. excommunicat. lib. 6. cap. solita, vers. Nobis autem, de maiori. & obedientiis, Parisius conf. 90. num. 6. volum. 1. Comes in reg. et triennali, q. 2. vers. Tamen istis, & est adeo potens ut ampliet iura, quæ alias hac dictione non adiecta, stricte, & limitate intelligenda erant, prout ampliat Jason. in l. Quidam, §. Nihil intres, nu. 3. vers. Limita quatuor, ss. de edendo, Icquinus Parisius conf. 9. nu. 8. vol. 1. Tiraq. de retradu Lig. n. 1. Glossa 9. num. 20. & 21. Sed tamen in materia odiosa est stricti iuris, & non includuntur ea, quæ sunt diversæ speciei, & maiora expressis, Ruin. conf. 103. nu. 9. vol. 3. vide latè Cened. singul. 90. nu. 1. & 2. Tuscb. vol. 2. littera D. conclus. 351. nu. 4.

Ibi, Bigamus. Notat Greg. Lopez p. 1. tit. 5. l. 5. Glossa 32. verbo, *Dos mugeres,* ad medium, quod licet bigamus non debeat ordinari, si tamen ordinetur characterem ordinis recipit, & in fine Glossa ait, quod episcopus in minoribus ordinibus dispensare potest cum bigamo, quia tales non sunt ministri, neq; rectores, neq; habent officium prædicandi.